



Gummelstrand

M-s. 201  
3.

295.

DISSERTATIO HISTORICO ECCLESIASTICA  
ET POLEMICA

DE

NON TEMERE ABROGANDIS  
PERICOPIS EVANGELIORVM  
ET EPISTOLARVM

---

QVAM

MENSE AC ANNO SAECVLARI II  
MEMORIAE PACIS AVGUSTANAЕ SACK

A' D' XXV' OCTOBR' MDCCLV  
PRAESIDIO

IOHANNIS BENEDICTI  
CARPZOVII

S' THEOLOGIAE DOCTORIS ET EIVSDEM  
PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII AC  
FACVLTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS

IN  
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO

PVBLICE TVEBITVR

A V C T O R

GEORGIVS LIPP, VLMENT

S' THEOL' CVLTOR ET DVC' SOC' TEVTON' MEMBR' ORD

---

HELMSTADII

LITERIS MICH' GVNTHERI LEVCKART

DILEXITATISSIMO HISTORICO ECCLESIASTICO  
ET PRAEEMPTO  
NON TENERE ARROGANIA  
PERICOPIS EVANGELIORUM  
ET EPISTOLARUM

JOHANNIS BENEDICTI  
CARLOZONII

ADDITIONES ET CORRIGENDAE  
IN HISTORICO THEOLOGICO

CHODVIAE LIPSIENSIS

EDITIONIS TERTIAE ET AUCTORATAE

HABENTUR ET CETERA

ADDITIONES ET CORRIGENDAE

IN HISTORICO THEOLOGICO

DISSERTATIO HISTORICO ECCLESIASTICA  
ET POLEMICA  
DE  
NON TEMERE ABROGANDIS  
PERICOPIS EVANGELIORVM  
ET EPISTOLARVM

C A P V T I

ORIGINEM ET HISTORIAM PERICOPARVM,  
QVAE VVLGO EVANGELIA ET EPISTOLAE  
VOCANTVR, EXHIBENS

S Y N O Y I S

- I. Pericopae Euangelicae et Epistolicae, qua occasione, aetate, et quibus auctoribus selectae? Sententiae quinque
- II. (N) Particulae fixae dierum festorum. Speciatim, Pericopae 1) die festo Paschatis, et 2) Pentecostes
- III. 3) Die natali CHRISTI, 4) Festo Ascensionis CHRISTI, 5) S. Trinitatis, 6) Epiphanie, 7) Die festo Circumcisionis CHRISTI
- III. Pericopae in festis MARIAE. Nominatim, festo 1) Annunciationis, 2) Visitationis, et 3) Purificationis MARIAE
- V. Particulae, festo IOHANNIS et MICHAELIS, item, feriis Sanctorum, sacrae
- VI. (D) Pericopae fixae dierum dominicalium. Speciatim α) Euangeliorum
- VII. ε) Epistolarum

I

**N**EMO ignorat, praelectionem publicam librorum sacrorum, et utriusque quidem Testamenti, fuisse olim consuetudine introductam in ecclesia primaeva, ac deinceps morem, qui vel hodie vigeret, sensim in-

A

ualuisse,

ualuisse, quo peculiaria pensa literarum sacrarum, coetibus Christianis explicanda, feligebantur. a) Sed quam originem, quos autores haec ipsa habeant pensa, et quoniam tempore selecta fuerint singula, variae diuersorum sententiae deprehenduntur. Et primum quidem, omnino videtur verisimile, Synagogae Iudaicae exemplum, in qua *Paraschae Legis*, Propheticaque *Haphtharae* in Sabbatis praelegebantur, occasionem dedisse in ecclesia Christiana, quafdam pericopas *Evangeliorum* atque *Epistolarum* substituendi, b) ac populo explicandi. Sed primus quis fuerit, et quoniam vixerit tempore is, qui Iudeorum ad imitationem instituit ita, historicorum diffensio est non leuis. Sunt qui putant, VVALAFRI-  
DVM STRABONEM, saeculi noni scriptorem, c) HONORIVM que *Augustodunensem* d) referre initium pericoparum Euangelicarum ad aetatem *Apostolicam*. Existimant, originem instituti, primis legatorum Christi successoribus attribui ab his duumuiris. At enim vero, quemadmodum ipsa scriptorum quos afferre solent, e) verba, parum conueniunt, ita etiam istorum repugnat opinioni IVSTINVS MARTYR, f) dum scribit, diebus

a) Egit ex instituto de hoc more CAR. DV FRESNE, in *Glossar.*  
*Med. et Instr. Latinis.* T. II,  
p. 238

b) Sententiam hanc ornarunt IOH.  
DE VOISIN, *Obseru. ad Proem.*  
*Pug. Fid.* p. 99 et 133: IOACH.  
HILDEBRAND. *Diff. de Concili-*  
*onib.* *Vet.* II, §. 15

c) *Lib. de Reb. Ecclesiast.* Cap. XXII,  
in seruo Bibliothec. Patr. per MAR-  
GAR. DE LA BIGNE editae, T.  
VI, p. 899 f. Pluribus illa com-

memorauit PHIL. MORNAY,  
de *Sacr. Eucharist.* I, 3, p. 104

d) *In Gemma animae,* L I, Cap. 88

e) Conf. IOH. HENR. THAME-  
RVS lib. inox laudando, Cap. I,  
Sect. I, §. 12 et 13, p. 31. f.

f) *In Apolog.* II pro *Christianis* p.  
98. (ed. ΗΥΤΣΙΝ.) Ταὶ ἀ-  
πομνημονεύματα τῶν Ἀποσ-  
τόλων, ἡ τὰ συγγραμμάτα τῶν  
Προφτῶν συνεινόσπεται, ΜΕ-  
ΧΡΙΣ ΕΓΧΩΡΕΙ. *Commentarii*

bus Solis lectos fuisse commentarios Apostolorum μεχρις  
 2 εγκωμι, prout tempus tulerit. Plurimi scriptores arbitrantur, g) distributionem pericoparum iam saeculo quarto fuisse factam in ecclesia Graeca, ac THEODOSIVM Imperatorem petuisse ab Episcopo Romano, DAMASO, mos ut idem in Latina introduceretur ecclesia. Itaque placitum esse, vt ab HIERONYMO Euangelia Domini-  
 calia sint selecta. Hanc distributionem non modo ipsum  
 3 DAMASVM, sed et tertium ab eo successorem, ANASTASIVM, ratam habuisse. Referunt alii h) partitionem hanc ad MUSAEVUM, Massiliensem concionatorem saeculo quinto, et illum tempore LEONIS I, Pontificis Romanii, hortatu autem S. VENERII, sui Episcopi,  
 4 Euangelicos dicunt textus elegisse. Alii, GREGORIO M., Romano Episcopo saeculi sexti, tribuant negotium hoc: quod nimur leguntur in homiliis GREGORII, in quibus easdem, quas hodie usurpamus, pericopas  
 5 Euangeliorum explicavit. i) Tandem etiam prope omnes statuunt, has portiones diuinorum librorum, temporibus demum CAROLI M. assignandas esse. In quo tamen si arbitrantur, primum fuisse CAROLVM M., qui curauerit feligi particulas quae hodie explicitantur in concionibus Christianorum, fatendum est, eos falli. k)

A 2 . Nam

tarii Apostolorum vel scripta Prophetarum leguntur, PROUT TEMPVS FERT.  
 g) IOH. BONA, Lib. II, Rer. Liturg. Cap. VI, Num. 2. LEO ALLATIVS Diff. I de Libris Eccles. Graecor. p. 53  
 h) Vid. GENNADIVS, Continuat. Catal. Hieronym. de Viris Illust. Cap. LXXVI. Addes RVD. HO-

SPINIANVM, de Orig. ac Cerimoni. Festor. Dier. apud Christian. Cap. IIII, p. 15 b: qui tamen etiam monet, hoc institutum VIGILIO Papae attribui.  
 i) CASP. CALVOER, Ritual. Eccles. P. I, L. II, c. 22, p. 491.  
 PRITIVS, Intrud. in Lect. N.T. Cap. XXXI, p. 411  
 k) Inflar omnium conferatur IOH.

LAVR.

Nam et si dubio caret, fuisse aliquas partes CAROLI M. in hoc negotio, tamen principem eum extitisse, qui se legerit certas particulas, in conuentibus sacris praelegendas, id dici non potest. Vidimus enim, iam superioribus saeculis, ab hoc, ab illo, aliquas portiones sacrorum librorum diebus Dominicis dicatas, atque Euangelia et Epistolas plerasque sexto iam saeculo in concionibus Latinorum vistatas, fuisse. Sed res ita se habet. Quum ante CAROLVM M., Latini coetus non omnes, easdem partes literarum sacrarum populo interpretarentur, Imperator hic primus sanxit, ut ecclesiae cunctae, eius dicti subiectae, se componerent ad exemplum Romani coetus. Itaque consuetudines coetuum discrepantes ad eandem normam reuocauit. 1) Vtus est ea in re opera PAVLLI DIACONI et ALCVINI. Hos etiam iussit, sermones in Euangelia et Epistolas, 2) quos imperiti ac rudes magistri populo recitare possent, colligere. inde Homiliarium eius, quod ita dicitur, enatum est

## II

LAVR. MOSHEMIUS, *o manegieris*, in recentissimo opere, vi-  
stuero per omne aevum, *Institut. Hist. Eccles. Antiq. et Rec.* p.  
305, Not. r

1) Hinc etiam nostra aetate, ecclesiae quae Romanum ritum non suscepunt, alios habent Euangelicos, alios Epistolicos textus, quam nos, et reliquae ecclesiae Occidentis, quas CAROLVS M. iussit Romanam imitari. Id MOSHEMIUS l. c. exemplo Mediolanensis et Curiensis ecclesiae evicit, testimonio allato in eam

rem ANTON. MVRATORII,  
*Antiq. Ital. T. IIII, p. 836*

2) Horum exemplo, alii eius generis libri, ad ignauiam nempe Pastrorum aleandam, compositi sunt ab Abbatte ALANO, HAY-  
MONE, RABBANO MAVRO, qui omnes Homiliaria Latino  
sermone conscriperunt. Vid.  
BERNH. PEZIVS, *Theſ. Ane-  
dotor. T. VI, P. I, p. 93*. Pri-  
mus, qui Teutonicum Homili-  
arium composuit, celebris ille  
OTTFRIDVS fertur; de quo  
adi LAMBECIVM *Biblioth. Vin-  
dobon. T. II, c. 5, p. 49*

## II

IGITVR constat, pericopas, hodie fixas, non uno et eodem tempore coepisse, sed prioribus *septem saeculis* autores et emendatores earum, varios, ut HIERONYMVM, MVSAEVM, GREGORIVM M., ac sine dubio plures alios, fuisse, donec illae tandem *saeculo octauo a CAROLO M.* partim in hunc hodiernum redigerentur ordinem, partim in omnes ecclesias inducerentur, regionibus Imperatoris subiectas. Quodsi autem antiquitates ac liturgias periuolimus priscas, deprehendere nobis videatur, particulas librorum sacrorum, *diebus festis* recitatas, praecessisse ex parte, eas, quae *diebus Dominicas* leguntur et explicantur. Nam, quemadmodum Iudei solebant in sollemnibus diebus festis seponere ordinarias lectiones, et alias temporis congruas substituere, n) ita etiam veteres Christiani sacras particulas, diebus festis conuenientes, feligebant. Non erit nostro ab instituto siue alienum siue iniucundum, pauca delibasse *de origine certorum* (non quidem omnium,) *textuum*, qui hodie populo explicari solent. o) Quod ad principem

A 3

atti-

n) Iudeorum ritus ac ceremoniae, magistrorum placitis, quam auctoritate librorum sacrorum, magis nituntur. Sic *festo Paschatis* praelegere solet Iudei in Synagogis *Canticum Canticorum.* Conf. IVL BARTOLOCC. Bibl. Rabb. P. II, p. 736. Festo *Septimaru[m] siue Pentecoste*, hodierni certe Iudei, primos tres tresque ultimos versus omnium capitum V. T. confuse praecipitant. Nam, quod HILDEBRANDVS, Diff:

o) Qui plura desiderant, adire possunt  
*de Concionib. Vet. C. II, §. 15* existimat, illos quandam substituisse ordinariae lectio[n]i libellum *Rutbae*, id videtur adhuc testimonio indigere. Tandem *festo Scenopegias*, videri antiquis temporibus recitatos fuisse tres Psalmos, qui *לְהַנִּיר־לְעַזְרָה* super torculari inscribuntur, nempe *Hymnum VIII, LXXXI, et LXXXIII*; id S. V. meus Praeses alia occasione explicabit.

attinet diem festum, nempe Paschatis; ex EVSEBII, p) AVGUSTINI, q) et CHRYSOSTOMI r) testimentiis patet, prioribus saeculis praelectam fuisse historiam resurrectio[n]is Christi, primo die ex Mattheo, et sequentibus tribus diebus ex reliquis Evangelistis. f) Sed GREGORIVS M. t) iam saeculo sexto sermonem habuit in pericopam Paschalem, e S. Marco decerp[ta]m, capite XVI, vers. 1 ad 8, eam, quam vel hodie concionibus interpretantur. Similiter IOH. MABILLONIVS u) ex prisco quodam

sunt THAMERI Schediasma, de Origine et Dignitate pericoparum, quae Euangelia et Epistolae vulgo vocantur, quod ab anno inde 1716 lenae aliquoties editum est, non sine multis insignibusque erroribus. Letitia enim sunt haec quae REIMMANNVS in Catal. Bibl. Th. p. 19 contra monuit, prae aliis παροξύμωσι, huius libri. Interim ad hanc sectionem Diff. nostrae, THAMERI Caput I, eiusque Sectio I ac II pertinent

p) Hist. Eccles. Lib. II, Cap. 17, p. 20 (ed. GVIL. READING)

q) Lib. Sermon. de Tempore, Homil. CXLIII, p. 289, Opp. T. X (ed. Theolog. Louan.)

r) Homil. LXIII, Opp. T. V, p. 951 (ed. Francof.)

f) Conf. IOS. BINGHAM, Orig. et Antiq. Eccles. Vol. VI, 14, 3; §. 3, p. 64 et b. IOH. ANDR. SCHMID. Hist. Fester. et Dominic. p. 123 seq.

t) Vide Lib. I Homiliar. in Evangel. p. 594. (Opp. T. I, edit. Monach. Benedict.)

u) De Antiq. Liturg. Gallicana, Lib. II, p. 106 seq. Sunt autem Lectionaria, libri ecclesiastici, e quibus certae pericope, sive ex Euangeliis, sive ex Actibus et Epistolis, publice praeleguntur. Codex lectionum, ex Euangeliis sumtarum, Εὐαγγέλιον, item Εὐαγγελισάριον ille, qui particulas ex Actibus et Epistolis excerptas continebat. Ἀπόστολος, vel Πατριαρχός, vocabatur. De horum origine et conditione egerunt LEO ALLATIVS, de libris Eccles. Gracor. Diff. I, §. 3 p. 349. BERN. MONTFAVCON, Palaeograph. Graec. p. 233. NIC. RAYAEVS Diff. praemissa T. II. AET. SANCTOR. Maii, p. 42. Addi potest IOH. CASP. SVICERVS, Theſ. Eccles. vocib. Ἀπόστολος Εὐαγγελισάριον. Πατριαρχός

SIDONIVS APOLLINARIS, Lib. III, Epist. u ait, Lectiorum primum a Claud. Mamercio anno 450, in vsum ecclesiae Vien-

dam saeculi septimi *Lectionario ostensum* dedit, non alias iam tum pericopas, quam hodie, explicatas fuisse diebus Paschatis; quocum *Eὐαγγελίσης* etiam contineat *Hominilium*, <sup>x)</sup> saeculo sequenti opera *ALCVINI euulgatum.* Die festo, quo *de missione* agitur *Spiritus Sancti*, iam itidem fuit saeculo septimo nota lectio super *Ἐντελέχεια Ioannis*, capite *XIII*, vers. *23 usque ad finem*. Sed quia vno saltem die celebrabatur Pentecoste in quibusdam ecclesiis, propterea *Lectionarium* modo laudatum ynam saltem hanc adduxit particulam, feriis secundi ac tertii diei omissis. Est autem aliud *Kalendarium Dominicarum*, ad vsum Breuiarii Romani descriptum ante nongentos annos, et a *LEONE ALLATIO* <sup>y)</sup> publicatum, in quo legitur non tantum tota hebdomas sollemnis fuisse, sed etiam eadem quae hodie praeleguntur, pericopae *Euangelicae*, diebus tribus assignantur prioribus. *z)* Quod ad *Epiſtolarum* spectat praelationes, quamuis ex *HIPPOLYTI*, *Portus Romanus Episcopi, Canone, a)* (fecus quidem ac alii *b)* putant, )

Viennensis paratum esse; et aliud pro ecclesia Massiliensi, *Museum confecisse* circa annum 458, *GENNADIVS* auctor est *dē Script. Eccles. Cap. LXXVIII*. Sed utrumque est depeditum. Antiquissimum enim huius generis *Lectionarium*, *Gallicanum* habetur, e *MSC.* mille annorum a *MABILLONIO* editum. Vid. *BINGHAM Orig. Eccles. Vol. VI*, p. *71*

*x)* *De quo lege CAROL. DV FRESNE, Glossar. Med. et Inf. Latin. voc. Comes. GVL. ERN. TENZEL. de Ritu Lection. Sacr. f. LVI. et Celeb. IOH. HENR.*

VON SEELEN in *Select. Literar.*

p. *252*

*y)* *Diatrib. de Dominic. et Hebdomad. Graecor.* p. *1497 seqq.* amme-  
xa *EIVS Tract. de Eccles. Occid. et Orient. perpetua confusione*

*z)* *Addi possunt EDM. MARTENE, Theb. Nou. Aneclot. T. V, p. 66, et GVL. PEYRAT, Antiquitez de la Chapelle du Roi de France,* p. *566*

*a)* *De HIPPOLYTI Canone Paphali ex instituto distinxit GVL. CAVÉ, Hist. Lit. Scriptor. Eccles. p. 104 seqq.* Add. *BINGHAM, Orig. Eccles. Vol. VI*, p. *70*

*b)* *THAMER, de Orig. Pericop. cet. p. 101 f*

tant,) nihil omnino euincatur, et ante CAROLVM M. pericopa Paschalis ex I Epist. ad Cor. XV, 1-20 explica-  
ta sit; certum tamen est hoc, a primis inde temporibus  
die Quinquagesimae lectam fuisse historiam de perfusione  
Spiritus Sancti super Apostolis ex Capite II Actuum, ver-  
fib. 1-13. Id quod ex Glossa quadam AMBROSII, c) sae-  
culo quarto Episcopi Mediolanensis, traditur

## III

SVB FINEM saeculi secundi dies natalis Christi cele-  
brari coepit. Huius festi mentionem fecit primam THE-  
OPHILVS, d) Caesareae Palaestinae Episcopus, qui tem-  
pore Caesorum COMMODI AC SEVERI vixit. Quo die,  
sicut dubio caret, sectiones Euangeliorum quae historiam  
continent nativitatis Christi, tum paelectas fuisse; ita  
iam inter ATHANASII, e) CHRYSOSTOMI que f)  
homilias reperiuntur quaedam de censu Mariae Θεοτόκου  
ex Lucae Capite II, 1-15, habitae istis feriis. Atque hanc  
ἡγέτην adhuc hodie in sacris conuentibus explicare solent.  
Deinceps, sequentibus saeculis hae omnes quae nunc sunt,  
particulae, paelectae fuerunt. Nam apud GREGORIVM  
M., g) item in Lectionario MABILLONII, Kalendario  
ALLATII, h) ALCVINI Homiliario, tandem apud

HAY-

e) In Aetis Concil. Aquilei. Can. XC,  
de Consecr. Dif. 4, (HARDVIN.  
Concil. T. II p. 610). AMBROSIVS  
scribit: Sequitur spirituale signa-  
culum, quod audiatis hodie legi.  
Ad quae verba Glossa in hunc  
modum addit: Hodie; scil. in  
die Pentecostes, quia lecta fuerat  
Epistola de aduentu Spiritus S. in  
Apostolos

d) In Epist. Paschali apud BEDAM  
T. VII Homil. Actiual. de Temp.  
p. 9f

e) Homil. in Cenf. s. Descript. B.  
Mariae ex LVC. II, Opp. T. II,  
p. 49. Explicationi haec verba  
praemittuntur: Ἡγέτης ἀριθμὸς  
τριῶν Εὐαγγελίων Λεκάνη λέγοντος,  
cet

f) Homil. in Natal. Domini LVC. II.  
Conf. HOSPINIAN. de Dieb.  
Fest. Christ. Cap. IIII, p. 33

g) Lib. II Homil. in Euang. p. 410  
Opp. T. I

h) Kalendarii huius antiquitatem  
de-

HAYMONEM, saeculi noni Episcopum Halberstadiensem, i) non alia, aut certe in paucis diuersa, *Evangelia* allata sunt. k) Neque etiam est, quare dubitemus de lectionum *Epiſtolicarum* antiquitate, quamvis tertimonia, quemadmodum de *Evangeliis*, non extant tam accurate. Certe in *Lectionario Gallico* vestigia occurunt, l) non alios, quam nunc, textus, licet ordine hodie immutato, tribus his feriis destinatos fuisse. Quae

**4 die ascensionis** Θεοῦ θέωπτε legitur primo e capite *Actuum*, eam περιουσίᾳ iam AVGVSTINVS m) et ATHANASIVS n) commemorarunt. Quid quod ex homiliis GREGORII M. o) patet, orationem sacram super particula *Marci XVI*, 14-20 ab eo habitam esse, quam dixit ex more praelegi? Et, quamvis saeculo septimo ecclesia Gallicana paulo recesserat a Romana, p) sequenti tamen aetate, auspice CAROLO M., ad eandem denuo normam reuocata

est.

monstrauit STEPH. LE MOYNE  
T. II Obseru. ad Var. Sacr. p. 889  
i) In Homiliis, fol. XVII-XX  
k) Post diem sanctum natalis Christi, feria S. Stephani multis saeculis inde celebrata est, iam saeculo quarto illius felli meminit GREGORIVS NYSSENVIS, in Orat. in S. Steph.: aut, si manus, (teſte PHOTIO, Cod. CCLXXI.) ASTERIVS Amasenus, inter cuius etiam Homilias haec oratio a FRANC. COMBEFISIO edita est. Verba haec sunt: Ecce, charissimi, nos felium ex feſto agimus. Huius Dominus Uniuersus nos cibavit: hodie nos pascit Domini imitator. Quonodo ille? Christus kominem pro nobis induit:

Stephanus pro Christo hominem exauit. Christus speluncam vitae propter nos subiit: Stephanus propter Christum de spelunca exiit. Christus fascis; Stephanus pro Christo lapidibus, involuitur

- l) Vid. THAMER lib. cit. p. 98.99  
m) Epif. CXVIII ad Ianuarium Opp. T. II, p. 190 A (ed. Louan)  
n) Opp. T. II, init. Δόγος εἰς τὴν εὐαληψὺν τῷ Κυρὶ τῷ ἡμῶν Ἰησῷ Χριστῷ  
o) In lib. Homil. P. II, coll. cum Prologo ad b. I.  
p) Ut patet ex Lectionario MARILTONII, in quo pericope *Marci XVI* ad feriam tertiam Paschatis refertur

B

est. q) In festo sacrosanctae atque adorandae Trinitatis, etiam tum, quum ille dies adhuc sacer esset nomine Octauae Pentecostes, r) Euangelium tamen de colloquio Christi cum Nicodemo, Iohann. III, 1-15, fuit paelectum in plerisque ecclesiis. Hoc in iisdem quas aliquoties laudauimus Liturgiis deprehenditur. Festum Epiphanius aut Θεοφανέας, praecepit ob sequentes caussas, s) quartum iam ante saeculum celebratum est. Alia fuit, quod ecclesia Orientalis statuebat, hoc die sexto Ianuarii ἐπιφάνειαν Christi in carne factam: alia autem, isto die Gentiles, nempe Magos Persarum, follemniter ad Christum vocatos fuisse. Itaque BASILIVS M. t) non solum historiam natuitatis Christi ex Matthaei capite I explicauit, sed etiam illam de adventu Magorum ex capite II; morem sequutus ecclesiae Graecae, quae festum Natiuitatis et Epiphanius uno simul die usque ad tempora CHRYSOSTOMI, celebrauit. Hoc festum THEODOSIO Iuniori u) tam sanctum fuit, ut septem per dies, antecedentes, sequentes, iussit forum condere. Et GREGORIVS NAZIANZENVS x) dignitatem

q) Conf. ALCVINI Homiliarium

r) Originem diei dominicae, S. Trinitatis sacrae, fuisse commemorant GVIELM. DURANTVS, in Rationali Diuin. Officior. Lib. VI. Cap. n<sup>o</sup> 4, p. 406 b seq. (ed. Lugd. 1605) et IOH DALLAEVS, Lib. II de Obiectione relig. cult. Cap. 17, p. 278 f.

s) Alias, praeter has, caussas commemorant IOH. CASSIANVS Collat. SS. Patr. Coll. X, Cap. 2, p. 345. (ed. HENR. CVYCKII) et PETR. CHRYSOLOGVS,

Serm. CLVII, p. 89. Add. ISAAC. CASAVB. Exercit. II ad Baron. Sect. u, p. 168 f.

t) In Serm. εἰς τὴν αὐγὴν τῆς Χριστῆς γέννησιν, Vol. I, p. 310 f. (ed. Paris. c. n. FRONT. DVCAEI)

u) Interpret. Lib. II Cod. Theodos. Tit. 8 de Fieriis, §. 2. (p. 139) Conf. IAC. GOTHOFREDI Comm. T. I, p. 143 (ed. Ritter)

x) In Orat. XXXVIII in sancta lumina, Opp. T. II, p. 610. Hanc orationem in festo Epiphanius habitam fuisse, evincunt IAC. FIL-

tatem illius fecit tanti, ut ceteris sollemitatibus sacris praetulerit. Quod ad diem attinet festum circumcisionis Christi, initium anno ciuili dans, strenis et gratulationibus faustum; ISAACVS CASAVBONVS, y) HOSPINIANVS, z) atque alii putant, IVONEM Carnotensem vndeclimo saeculo, mox saeculo sequenti S. BERNHARDVM, esse primos, illius festi qui meminerint. Fatentur, Octauam natalis Domini iam a saeculo inde quinto celebrari, et priscos rituales ac liturgicos libros hunc simplicem prae se titulum ferre, sed Festum Circumcisionis non commemorare; hoc enim, saeculo demum tertio decimo, a Concilio Lugdunensi in catalogum festorum anniuersariorum relatum esse. a) Sed in eo non leuiter errare videntur. Nam et GREGORIVS M. vtramque inscriptionem iam coniunxit; et Lectionarium illud ac Kalendarium priscum, diem octauam post Domini natalem, promiscue modo Octauam Domini, modo Circumcisionis diem nominavit, et publice legi pericopam ex Lucae Capite II, vers. 21, prohibuit.

## III

SINGVLOS dies festos, nomine Mariae insignitos, sciendum est, non tam in Mariae, quam Christi, a Maria nati, honorem, olim institutos fuisse. Sed post Concilium Ephesinum, in quo haeresis NESTORII Mariam Θεοτόκον negantis, damnata fuit, inualuit, ut cultus Virginis sanctae identidem augeretur, ac dies festi in illius honorem dedicarentur. Praecipue festum Annuntiationis

## B 2

BILLIVS, Obs. S. Lib. I, c. 21, et z) De Dieb. Fest. Christian. Cap. LVD. DE LA GERDA, Aduers. IIII, p. 31

S. Cap. CXXI

y) Exercit. II ad Proleg. in Arnal. a) Plura lege apud SCHMID. Hipp. Baron. Sect. 9, p. 130

Fest. et Dominic. p. 69

*nis Mariae*, (quod propter Angeli salutationem <sup>Xagritiopos</sup>, propter ipsum nuntium *Evangelius* b) quondam vocabatur, ) primarium ac sacrosanctum festum a CYRILLO nominatum est, idque ob eam caussam, quod *in eo de Filii e caelis descensu agitur*. Est quidem inter sermones ATHANASII, c) scriptoris saeculo tertio, aliquis, in quo leguntur haec ipsa verba, quin sacra pericope ex *Luciae capite I, versibus 26-38* concioni fuit tradita. Sed, quia auctor huius orationis acre pugnat aduersis NESTORIVM, natum diu post ATHANASIVM, propter id IVL. CAESAR BARONIVS, d) orationem hanc potius CYRILLO, credit, quam ATHANASIO, attribui oportere. Quicquid autem fuerit disceptationis illius; hoc patet tamen, *Evangeliu*m, hodie exponi vistatum, iam saeculo quarto, certe quinto, introductum fuisse. e) Neque etiam aliud ab ALCVINO ac Venerabili BEDA f) huic diei festo assignatur. Quod ad *Epistolam* attinet, ex *Iesaiæ capite VIII, 10-15* desumptam, tenendum est, eam in ecclesia Gallicana (cui is dies minime sollemnisi fuit,) partem lectionis, die Domini natali recitatae, extitisse. g) In ecclesia vero Romana, num haec Epistola coepit cum ipso festo, aut num a CAROLO M.

ita

- b) Vid. BARONIVS loco statim citando
- c) Extat Sermo in Annunciat. Deiparae inter Opera ATHANASII Tomo II. Sed illum Monachi Benedictini inter spuria scripta huius Patris retulerunt; et GVIL. CAVE, in Hist. Lit. Script. Eccles. T. II, p. 195, fassus est, filium, neutiquam ATHANASII, sed esse post haeresin Monothelitarum exortam sermonem scriptum
- d) In Not. ad Martyrol. Rom. (D. XXV Mart.) p. 200
- e) Explicationi huius pericopae inferiunt CHYSSOTOMVS, Opp. Tom. VI, Serm. 35, BASILIVS M., Opp. T. I, Homil. 25, et GREGOR. THAVMATVRGV; Serm. I in Annunc. B. Virg.
- f) Opp. T. VII, Homil. Hiernal. p. 189 (ed. Colon)
- g) Conf. Lectionar. Gallican. MABILLON. sub hoc Festo

ita fuerit constituta; quamuis posterius carere non videatur similitudine veri, affirmare tamen certo non ausim.

- <sup>2</sup> Sequitur festum Visitationis Mariae, quod et ipsum septimo iam saeculo celebratum est in honorem Messiae, qui, instar solis, quo visitauit nos αὐτοὺς ἐξ ὑψους, h) Iohannem prodomum, Elisabetham, et ipsam adeo Mariam, illuminauit. HERMANNVS quidem VVITEKINDVS, i) HOSPINIANVS, k) et HILDEBRANDVS l) existimant, illud festum ab VRBANO VI saeculo demum quarto decimo institutum, mox confirmatum fuisse a BONIFACIO VIII, et in Concilio Basileensi stabilitum, ad supplicandum Mariae, ut, quemadmodum pedibus suis conculasset in itinere Iudeae montes, sic illa Turcas, Christianis infestos, pessimadaret, et prosterneret. Sed, ut nihil commemorem de eo, quod DOMINICVS MACER, m) et alii, hunc diem festum longe esse antiquorem, euicerunt; ita certum est sane ex Lectionario Gallico a MABILLONIO edito, historiam Visitationis Mariae apud Lucam I, 39-56, iam saeculo fuisse septimo praelectam, et mox in ecclesia Romana (teste ALCVINO, n) introductam. o) Ante medium saeculi sexti festum Purificationis Mariae institutum fuisse, NICEPHORVS p) auctor est. Dictum est Graecis Hypante sive

B. 3 Hy-

b) LVC. I, 78. Adi. B. SCHMID.

I. c. p. 163. THAMER. Lib. laud. Cap. I, Seſt. I §. 31 p. 60

i) Comput. Ecclesiast., teste SCHMID. b. c. (non enim contigit, librum videre)

k) De Diebus Fest. Christian. Cap. VIII, p. 115 b

l) Lib. singul. de Dieb. Fest. Cap. III, p. 37

m) In Hierolexico, p. 661

n) In Homiliar. p. 430. (ed. Colon. 1576) Conf. ANCILLON Melange Critique de Liter. T. I, p. 99

o) Ita etiam in BEDAE Opp. T. VIII Homil. Aschiu. p. 101, vna occurrit isthoc indice: In sollemnitate Deiparae Virginis Mariae, quando salutauit Elisabeth

p) Hist. Eccles. Lib. XVII, Cap. 28, p. 109t

*Hypopante* (Ὑποπάντη, Υπαπάντη,) quod significat occursum, obviationem; nam Simeon et Anna vates eo die obuiam superuenerunt Christo, et eum suis viuis excepérunt. q)  
 Igitur illud festum qui sanctum voluerunt, haec duo videntur considerasse. Primo, vt celebrarent, Christum se etiam subieccisse ceremoniali legi, eamque perfecisse. Deinceps, vt in memoriam reuocarent, isto die quasi sollemniter ac prima vice Seruatorem Iesum exceptum fuisse. Horum ad ultimum IVSTINIANVS Imperator, cuius auspiciis Festum Hypopantes r) dedicatum est, praecipue respexit, ac iussit consuetam hodie pericopam ex *Lucae II*, vers. 22-32 praelegi. quemadmodum ex NICEPHORO modo laudato, ANTON. PAGIVS f) et STEPH. BALVZIVS t) testantur. Denique Epistolicae lectiones utroque die festo sollemnes, illae vero, nec, quo tempore coeperint, dici curate potest, et olim adeo variae fuerunt, vt etiam tum, quum sacra instaurarentur a LUTHERO, referrentur tres Epistolae in Lectionaria, et quamnam his ex tribus ipsi elegant explicandam, iudicio ministrorum verbi diuini relinquenter

## V

q) Ut ait MICROLOGVS, in Lib. Micrologus dicto, de Ecclesiast. Officioruait. s. de Missa rite celebr. Cap. 47, qui liber extat in Biblioth. Patr. T. XVIII, p. 469. Vid. CASSIM. OVDIN. de Script. Eccles. T. II, ad An. 1160, p. 1447

r) Praeter scriptores, quos de Ὑποπάντη in Glossario Gracit. b. v. excitauit, adde eundem DV FRESNE in Gloss. Med. Latin. in Hypopanti. In Kalendario Romano, a LEONE ALLATIO edito, leguntur haec verba:

III Non. Febr. Vppopona in Euangelio. In illo tempore etc. Nempe scribae Kalendarii, ex ignorantia Graecae linguae, pro Hypopanta, Vppopona (vocein fine sensu) posuerunt

f) Diff. Hypatic. P. III, c. 2, n. 7, p. 329

t) Praefat. Libri I. Miscellanor. (fol. VII) Eodem in Lib. I BALVZIVS edidit ALCVINI Sermonem in Hypopanti dictum coram KAROLO M. a pag. 382-402

## V

**I** epo EVANGELIVM, quod hodieque die festo Iohannis Baptiste concioni exponitur ex Lucae capite 1, illud amoenitate, doctrina, solatio eminens ac praestans, a prima statim huius sollemnitatis origine selectum est: et si, quoad diuisionem et commata in Graeco contextu, non semper idem obtinuit. Referunt autem antiquitatum ecclesiae enarratores, hunc diem saeculo quinto, certe sexto, iam celebratum esse. Neque enim solum in homiliis MAXIMI, u) Taurinensis Episcopi, tres sunt super pericopa hac, hoc die dictae; sed etiam Agathense Concilium, quod restituendae disciplinae causa ecclesiasticae habitum est sub initium saeculi sexti, x) natalem Iohannis inter dies festissimos, ut sic dicam, connumeravit. y) Quod autem ad particulam attinet Epistolicam, ḡnow ex Iesiae capite XXXX, 1-5 desumptam, eam saeculo nono iam praelectam fuisse, ex Gallicano MABILLONII Lectionario patet. Sed, vnicum adhuc, Michaēlis festum, et pericopam ei consecratam, adjiciamus. Origo huius diei adscribitur FELICI, Romano Pontifici, qui illud saeculo quinto creditur statuisse, hanc ob causam, quod S. Michaēl Archangelus putabatur in monte quodam Apuliae, Gargano, immo etiam Romae, apparuisse. z) Ex eo

u) S. MAXIMI Turonensis Homiliae, hiemales, aestinales, de Sanctis, et de diuersis, prodierunt inter alia cum LEONIS M. ac CHERYSOLOGI Homiliis. Insertae sunt etiam Biblioth. Partium, T. VI, p. 1

x) Anno 506. Extant in eam rem Canones XLVIII in IOH. HARNINI Act. Concil. T. IIII. p. 138.

y) Dolendum est, illud festum in multis locis prava superstitione coinqunari. Huc pertinet ignis Iohanneus: nec non, quod aedes, in quibus Iohannis est nomen, fulmine non tangi perhibentur: item, Euangeliu huius festi furas explorari posse: nuga que aliae

z) Conf. IOACH. HILDEBRAND. Enchi-

eo tempore, cum in ecclesia orientali, obtinuit illud, a MANVELE COMNENO *a)* Imperatore dedicatum, tum in Occidentali ecclesia fuit obseruatum, auctoritateque Concilii Lugdunensis *b)* stabilitum. Pericopa autem *Euan gelica*, quae nostris in coetibus eo die expónitur, nec autem agit de Angelo Michaële; illa, vt huic festo pri-  
mum destinata, in ALCVINI Homiliario inest. Nam Venerabilis BEDA *c)* illo die pericopam, non eam, quam nos ex Matthaei capite XVIII, 1-12 retinuimus, sed ali-  
am, παρελληλον quidem, ex Marci VIII, 36-49 expli-  
cauit. Atque haec satis sunt de quibusdam pericopis, 3  
sacram celebrationem dierum festorum augentibus, ad-  
duxisse. Nam de reliquis literarum sacrarum particulis,  
quae in memoriam quorundam Sanctorum atque Aposto-  
lorum praeleguntur in nonnullis ecclesiis, non est, quod data opera edisseramus. Origo enim illorum festorum quemadmodum incerta vtr plurimum est, aut saltem du-  
bia, ita pariter ad aetatem barbarem, qua veneratio et cultus Sanctorum religionem veram suppresserat, maxi-  
mam partem referri debet. *d)* Accedit etiam complures pericopas, his diebus legi solitas, festis esse ipsis antiquiores, et olim aliis diebus sacris explicatas. Id ex GREGORIO M., ALCVINO, HAYMONE, MABILLO-  
NII Lectionario Gallicano, Kalendario Romano ALLA-  
TII,

*Enchirid. de Sacris publ. Tempolis*  
etc. Cap. III, p. 57. RECHENB.  
Hierolex. Read. P. II, p. 1937, voc.  
Michaels festum  
*a) In Constitut. Graeca, post. Nouell.*  
*Institutiani adiecta, Cap. II*  
*b) Vid. Can. I de Consecrat. Distinct.*  
3. HARDVIN. Act. Concil. T.  
III)

*c) Homil. Aestival. de Sanctis, Opp.*  
T. VIII, p. 141  
*d) Huc pertinet iAC. GOARVS,*  
*in Observ. ad Eὐχολέγιον s. Rituale*  
*Græcor. p. 904 seq. (ed.*  
*Paris. 1647) in quo libro lectio-*  
*nes ex Euangeliis, Apostolo, et*  
*Præxapostolo, per dies festos to-*  
*tius anni exhibuit*

TII, et aliis huius generis libris, scriptoribusque qui  
*τοπογραφίας* dederunt, cognoscitur

## VI

PERGIMVS ad pericopas *Euangeliorum*, diebus domini  
 nici legi solitas. Quod ad priora attinet saecula, quum  
 ceremoniae sacrae et diuinus cultus quasi clandestine per-  
 agerentur, non videtur licuisse, tam turbulentio in statu  
 ecclesiae, certum ad ordinem lectionum sacrarum respi-  
 cere. Primus esse videtur in ecclesia Graeca C H R Y S O-  
 S T O M V S, e) qui aliquot fixas librorum sacrorum par-  
 ticularas, diebus Domini explicatas, recensuit. Sed illae,  
 partim a Latinorum et hodierno legendi modo diuersae  
 sunt, partim etiam ab ipsis recentiorum Graecorum Eu-  
 angelistariorum et *Ἀναρχίας* discedunt. Id ultimum lucu-  
 lenter ostendit L E O A L L A T I V S. f) Nam hodie in ec-  
 clesia Graeca, historiae sacrae Euangelistarum quatuor,  
 leguntur distributae secundum menses et hebdomadas:  
 non quidem ita, vt scriptor aliquis sacer (praeter solum  
 tamen I O H A N N E M,) serie continuata finiatur, aut vt a  
*Matthaeo* fiat initium legendi. sed ita, vt septem inte-  
 gris hebdomadibus, a festo Paschatis inde, Euangeliū  
*Iohannis*, integre; deinceps, per aliquot hebdomadas,  
 quaedam *Matthaei* pensa; et reliquo tempore, quaedam  
*Marci*, tandem *Lucae* nonnulla legantur. quemadmo-  
 dum est praescriptum per certa temporum interualla. g)

Latina

e) *Homil. XXXX in Ioban.* (Opp. T. VIII. ed. Benedictin.)

f) *Diatrib. de Dominic. et Hebdo-*  
*mad. Recent. Graec.* p. 1464 sq.  
 annexa eius *Tract. de Eccles.*  
*Occid. et Orient. perpetua confen-*  
*sione*

g) Haec si quis diligenter consi-  
 derat, intelliget, quas pericopas  
*CHRY SOSTOMVS* putet. Nam  
 consuetudinem istharie serie le-  
 gendi, adeo recentem, vt qui-  
 dan putant, non esse, ipse AL-  
 LATIVS l.c. comprobauit. Ac-  
 cedit,

C

Latina vera ecclesia abiit a prisco ordine Graecorum, et eum aliter constituit. Huius ordinis *prima* vestigia occurunt in Lectionario quodam HIERONYMI, *Comes* b) inscripto, interpolato quidem, ut videtur, sed eo, ut antiqui rituum scriptores MICROLOGVS, i) BERNO, k) RADVLPHVS l) et alii, esse tamen Hieronymianum librum, fateantur. In hoc libro, pericopae, diebus Dominicis assignatae, maximam partem cum nostris conueniunt, suntque eiusmodi, ut, quare tum selectae fuerint nullae aliae, in ecclesiae statu horum temporum causa deprehendatur. Quarto enim et quinto saeculo, ecclesia magno malo, haeresi Ariana, m) diuinitatem Christi

cedit, hodiernum legendi ordinem Graecorum, simplicem, planeque naturalem esse; adeoque eum piae antiquitatibus conuenire, que ad imitationem parascharum Iudaicarum, his festiobus Graecorum valde similium, ita instituit

b) Liber hic, *Comes* inscriptus, antiquum est Lectionarium, ab HIERONYMO omnino dispositum. Teste quidem CAROLO DV FRESNE *Glossar.* VOC. *Comes*, saeculo VIII factum dicitur a THEOTINCHO, indigno Presbytero. Sed scribere DV FRESNIUS debuisse interpolatum, non, factum. Nonnulli exilium autem, ita dictum esse, quod in antiquis MSS legatur ad Comitem; in aliis, liber Comiti inscriptus. Sed illa incerta sunt Conf. I. A. SCHMID. Progr. de Primatu. Ecclef. Lection. plag. B. 2.

Hunc Comitem IAC. PAMELIUS edidit Liturgicon T. II. Longe vero ampliorem STEPH. BALVIZIVS post Capitular. Reg. Francor. Parif. 1677, fol. 1309. Denique, Praefationem ad Constantinum, quam primus sibi vifus est LVCAS D' ACHERY in Specieleg. Vet. Scriptor. in lucem proferre, pridem ante illum MATTH. FLACIVS publicauerat Magdeburgi 1549, post duo Capita POLYD. VERGILII de Nom. et Auctorib. Missae. Vid. LEO ALLAT. de libr. Ecclef. Graecor. p. 53. Not. p.

- i) De Ecclef. Observat. Cap. XV, in Biblioth. Patr. T. VI, p. 750
- k) De Missa Cap. I, in Bibl. Patr. T. VI, p. 710
- l) De Canon. Observant. Prop. XXIII in Bibl. Patr. T. VI, p. 833
- m) De haeresi Ariana lege in compendio HILDEBRANDVM Lib. de

Christi destruente, vexabatur. Huic pesti, erat e re sa-  
cri coetus, resistere, et conciones de diuinitate Seruato-  
ris conuincere. Itaque quum *miracula Christi* certae sint  
eius deitatis effectiones, iusta apparet cauſa, quare po-  
tissimum in *pericopis dominicalibus*, vtpote lectis ad fre-  
quentiorem quam aliis diebus turbam, miracula Christi  
recenzeantur, valde apta ad nefarium dogma confutan-  
dum. n) Conſequenti tempore etiſi rabies *Ariana* per-  
domita erat, tamen quia deitas Christi Θεοῦ ἡγεμόνος prima-  
rium effet dogma religionis, atque populus autem luben-  
ter auscultaret tales historias, hae pericopae feruatae, et  
tandem ad nos propagatae sunt. Saeculo sexto floruit  
GREGORIVS M., cuius in homiliis o) occurunt sede-  
cim, praeter HIERONYMI pericopas, quae vel hodie  
adhuic in vſu sunt. Sequenti quidem aetate, hinc,  
inde, variae ecclesiae *Liturgica* varia conſtituerunt. Nam  
Latina ecclesia, (quod iam diſtum est,) quoad ritum  
Ἀναγνωστάτων, ſive *lectionum* sacrarum, a Graeca abiit.  
Graeci autem, proprium in vſum, *Ceremonialia*, *Me-  
nœa*, *Euchologia*, *Synaxaria*, *Homologias*, conſcripſe-  
runt. Hispani et Afri condiderunt peculiares *libros Ce-  
rimoniales*. Et Franciae, ac reliqua ecclesiae Occiden-  
tis, formam quidem diuini cultus, Romae vſitamat, quo-  
dammodo retinuerunt, in multis tamen etiam receffe-  
runt. p) Hoc patet ex *Lectionario* ecclesiae Gallicanae,  
quod CAROLI M. aetatem superat, et ex Codice Lu-  
xouienſi a IOH. MABILLONIO est editum. q) Idem

## C 2

conſtat

de Haeresib. a C. N. vſque ad Sacc.

militæ, in diuersas lectiones Eu-  
angelii habitæ. Opp. fol. 298 ed.

XVI, Sacc. IIII, p. 59f

BARTH. KEMHOLT

n) Conf. LEON. ALLAT. Diatrib.

p) ANT. MVRATOR. Antiq. Ital.

de Dominic. et Hebdom. Graec.

T. IIII, p. 836

p. 1494

q) Lib. II de antiqua Liturg. Galli-

o) GREGORII M. extant XL Ho-

can

constat ex aliis *Kalendariis*, a LEONE ALLATIO<sup>r</sup>) et EMVND O MARTENIO<sup>f</sup>) publicatis. Interim tamen id certum est, hodiernam seriem *Euangeliorum* maxima parte distributam esse eo tempore, quod inter GREGORIVM et CAROLVM M. intercedit. Id ex alio quodam Kalendario prisco, quod IOH. FRONTONI<sup>t</sup>) debetur, plane constat. Nam in illo *Euangelia* praescribuntur secundum *κεφάλαια EVSEBIANA*, eo ordine plerumque, qui hodie obtinet, priscis tamen illis Dominicarum nominibus retentis. Autores vero, item emendatores, et exornatores singularium pericoparum, variis fuerunt. quos nominatim afferre equis audeat? Ceterum, quum ecclesiae Latinae, Gallicae, Germanicaeque, in variis pericopis diuersa tenerent, tandem effectum est CAROLI M. iussu, ut omnes ecclesiae, imperio tanti Imperatoris subiectae, componerentur ad exemplum Romani coetus. u) Itaque, in Germania certe, Galliaque, illae ipsae, quae hodie concionibus praeleguntur et explicantur *pericopae Euangelicae*, sunt stabilitae. Et quamvis Scholasticorum aetate fuerant concionatores, qui neglectis his Euangeliis, ARISTOTELEM<sup>x</sup>) exponerent

CON-

can. p. 106 seq. (Paris. 1685). Antiquitatem huius Lectionarii Gallicani tum characteres euincunt Merouingici, tum ipsa illius contenta, quod MABILLONIUS in Praefat. N. 5 et 7 demonstrauit. Datur ibi etiam specimen Merouingicae scripturae, sub prima stirpe Regum Galliae visitatae r) Lib. laepc cit. de Dominic. et Hebdom. Gracor. p. 1470  
f) Thesaur. Anecdotor. T. V, p. 66  
i) In Epistolis Select. ad BULLIO-

NIVM. Vid. TENZEL. de ritu lectio[n] sacr. (Viteb. 1685.) §. 52

u) Vide Dissert. nofram, §. I, p. III  
x) Scholastici quidam sacrae scripturae tam exiguum rationem habuerunt, ut textum ex Erbita ARISTOTELIS concioni proposuerint. Id etiam fecerunt Pontificiorum quidam concionatores, quos Lutetiae Parisiorum PHILIP. MELANTHON fuis auribus audiuit. Leg. SIXT. AMAMA Orat. de Barbarie, praemissa

concioni, et stulta philosophia ac metaphysica animas perderent; tamen, quum opera diui LVTHERI etiam ceremoniae et ritus sacri emendarentur, restitutae sunt pristinae pericopae, et ea serie ac diuisione, qua illas hodie obseruamus, ordinatae. Immo vero hic ritus lectio-  
num sacrarum, felici illo tempore et ipse denuo instau-  
ratus, deinceps ita confirmatus est legibus Regum Prin-  
cipumque, et in nostris ecclesiis sanctius, vt, si quis  
hodie mutationem attentaret nobilis instituti, magnorum  
ille honori et gloriae Principum detraheret

## VII

TANDEM de pericopis *Epistolarum* quae diebus  
praeleguntur Dominicis, restat nihil, quam pauca dici.  
Libri sacri foederis vtriusque olim (quod supra attigi-  
mus,) legebantur iuxta seriem contextus. Sed HIERO-  
NYMI aeuo, certa quum pensa feligerentur ex *Euange-  
listis*, verisimile est, etiam ex *Apostolis* horum fuisse quae-  
dam destinata. y) Sane ex *Gallicano Lectionario* quod  
videtur saeculo esse septimo conscriptum, illud certum  
est; ac pariter manifestum, easdem olim, parum cer-  
te ab his nostris diuerfas, sectiones *Epistolicas* extitisse. z)  
Si praeterea CYRILLVM, a) Hierosolymitanum saeculo

C 3 . quarto

missa *Antibarbaro Bibl.* Add.  
BINGHAM. *Orig. Eccles.* Vol.  
VI, p. 159

y) Quis crederet, antiquiores ec-  
clesias explicasse solos *Evangeli-  
starum* libros, neglectis scriptis  
*Apostolorum*? Id nonne species  
quaif quaedam fuisse sacrae scri-  
pturae mutilatae? Quis crederet,  
prisco coetus adeo parum curasse

tot capita fidei salutaria, morum  
tot placita praeclara? Hoc quid-  
ni indicio fuisse neglectus reli-  
gionis ac pietatis

z) THAMER. *lib. cit. Cap. I, Sect.*  
II, §. 15, p. 105

a) CYRILLI *Cateches. Mytagog.*  
(Paris. 1564, 8.) Frustra agunt,  
qui num genuinae sint hae Ca-  
techeses, litem mouent; HIE-  
RONY-

quarto Episcopum, euoluimus, aliquot lectiones deprehendimus Epistolicas, adhibitas quidem olim in Neophytorum institutione, sed relatas deinceps inter pensa dominica. Huius generis est illa ex I Epist. Petri, Cap. V, a versu 8 usque ad finem capituli; quae nunc tertia post festum Trinitatis Dominica legitur. Talis est item alia ex Epist. ad Rom. VI, vers. 13 seq.; quae nunc die sexto Domini exponitur post idem festum. Videtur autem magna variatio et dissensus fuisse multus in praelegendis his pensis ante CAROLVM M., b) adeo, ut nemo hoc tempore, data qui opera exposuerit Epistolicos textus, inueniatur. Sed post illam autem aetatem, libri non defunt huius generis. Sic MABILLONIVS c) Codicem refert se vidisse manu scriptum, qui HAYMONIS in Epistolas expositionem complectebatur, solitas toto anno recitari. Similiter SMARAGDI Verdunensis, Abbatis S. Michaëlis ad Mosam, d) Commentarii prostant in Epistolas Dominicales, diuis ex Patribus collecti. Denique RADVLPHVS ARDENS e) occurrit saeculo duodecimo, homilias huiusmodi qui composita sunt. Ante annos vero ducentos et quod excurrit, sacra quum Euangelica instau-

RONYMO, THEODORITO,  
IOH. DAMASCENO eas vindicantibus Cyrillo. Exceptiunculas autem ANDR. RIVETI, vix cassa nucis dignas esse, pronuntiat CAVE, Hist. Lit. Script. Eccles. T. I, p. 212

b) B. AVG. PFEIFFER. in Praef. Scholae Euangel. Christi

c) Annal. Veter. T. I, p. 215

d) SMARAGDI Commentarius (sue Postilla,) in Euangelia et Epist. in diuinis Officiis, per anni circulum

legenda ex SS. Patribus collectus, prodit Argentorati, 1536, fol

e) RADVLPHVS ARDENS, patria Pictauus, Gulielmi IIII, Aquitaniae Ducis, concionator fuit. Scriptit Sermones de Tempore et Sanctis, seu in Epistolas et Euangelia totius anni. Prodierunt illi primum Louanii, 1565. Homiliar duas in nativitate Christi edidit CHRISTI DAVIVS, Cygneae 1670, 8

instaurarentur, publica lege est cautum, vt horis pomeridianis *Epistolae* explicarentur in ecclesiis, ita fixae, vt illo ab more vtili ac sapienti recedere, nec liberum ulli sit, nec quenquam deceat

## C A P V T II

RATIONES ET CAVSSAS DE RETINEN-  
DIS PERICOPIS, EVANGELICIS PARITER  
ATQVE EPISTOLICIS, TRADENS

## ΣΤΝΩΨΙΣ

- VIII. Caussa 1) *Dogma primav-  
um, Iesu Θεού Θεωτος ac Mes-  
sias est; his in particulis suffi-  
cienter continetur*
- VIII. Caussa 2) *Omnia fidei ca-  
pita in his pericopis insunt*
- X. 3) *Omnes virtutes Christianae  
in his penitis praecipiuntur*
- XI. 4) *Foecundissimus semper est,  
re iubent pericopas*
- vt librorum sacrorum, sic peri-  
coparum, sensus*
- XII. 5) *Imbecilliorum captui com-  
modisque consulitur*
- XIII. 6) *Abrogatio pericoparum,  
offensione ac difficultate plenum  
opus est*
- XIII. 7) *Libri Symbolici retine-  
re iubent pericopas*

## VIII

**Q**UAMVIS tristem primorum hominum defectionem exceptit magna nostri generis depravatio miseriaque; tantum tamen abest, vt nemo moueatur felicitatis cupiditate, vt potius omnibus, via, ad beatam ducente vitam, nihil esse exoptatus possit, et solatio abundantius. Itaque accidit, vt vix dicenda ferantur voluptate, qui audiunt, *Iesum, Filium Dei ὡντητὸν, illum verum Messiam esse,* et eam ob caussam humana induitum natura huc venisse, vt nostri loco legem diuinam perficeret, infinitasque poe-  
nas,

nas, quas delictis innumeris meruerant omnes, morte cruenta lueret, denique nos cum irato iudice Deo reconciliaret, ac *αἵρετος* esset atque *ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν.* f) Magna dignitas huius dogmatis requirit, ministros ecclesiae teneri, g) coetibus, ipsorum curae demandatis, hanc doctrinam (quippe *θεμέλιον* fidei Christianae, I Cor. III, 10. II, b) et *πιλόν καὶ ἐδράλαρα τῆς ἀληθείας,* I Tim. III, 15, i)) suo ambitu exponere, crebroque inculcare, et

argu-

f) Vid. Hebr. II, 10. V, 9. Quo nomine, in quantum *Θεοῦ θεωτός* Iesus est causa salutis meritoria, fundamentum fidei vocatur *substantiale.* Conf. Act. III, 12. Atque id dogma, credere, Iesum esse Christum, pro omnino primario et fundamentali, quamvis non unico Christianae fidei articulo, habendum est: quemadmodum contra TH. HOBESIVM, IOH. LOCKIVM, CERICVM, ipsosque adeo (ex parte) Socinianos, nostrates theologi enicerunt

g) His exemplo praenit suo Paulus, qui statuerat ita se gerere apud Corinthios, quasi nihil sciret, nisi Iesum, et eum crucifixum. I Cor. II, 2. Quem sensum verborum quum NORT. KNATCHEVLL, Anymadu. in lib. N. T. Paradox. Orthodox. p. 148 sollicitasset, suaen demno luci restituit HOMBERGIVS ZV VACH, in Parerg. Sacr. p. 244

b) Doctrina de Christo, et reliqua que cum ea cohaerent principia ac media salutis, fidei effor-

mant *fundamentum dogmaticum.* Non de hoc, sed de illo *ὑποστήτῳ*, locum I Cor. III, 10. ii ageare, nonnulli credunt. Sed non recte. Nam, primo, Apostolus de fundamento loquitur, a se posito. (versu 10. conf. Hebr. VI, 1. 2.) Deinde, de eiusmodi fundamento, cuius in locum aliud iacere doctores ecclesiae non possunt. (vers. ii.) Leg. IOH. MARCKIUS Exercit. Biblic. p. 863. FRANC. FABRICIVS in Vol. Diff. inscripto: *Christus unitum Fundam. Eccles.* (Lugd. Bat. 1717.) Diff. I. Itaque Christus *ἀρχηγὸς λιδος, caput anguli,* vocatur Eph. II, 20. Et Iohannes, Cap. XX, 31, tum historiae omnis Evangelicae, tum et vaticiniorum (Act. X, 43.) scopum affirmat esse hunc, ut credamus, Iesum esse Christum, Dei Filium, vtque hac fide vitam per eius nomen adipiscamur. Huc pertinet libellus GEO. LVD. OEDERI, de scopo Euangeli S. Iohann. Francof. 1732. 8

i) Haec verba, non tantum Pon-  
tificii

argumentis corroborare literarum sacrarum. Neque est autem, ut illi anxie locos conquirant, e quibus doctrina de Christo addiscatur. Nam prospectum est sufficienter in pericopis Euangelicis Epistolicisque, quae huic fini obtinendo prae aliis inseruire possunt. Id negare ausus non fuerit, qui illas attente perlegit, et singulas animo complectitur. Exponunt enim I) DE DIBABVS NATVRIS IN CHRISTO. N) DIVINAM Christi naturam demonstrant pericopae (1) ex nominibus diuinis. Dum Christus nomine vocatur proprio Iesus, id est, ipsa salus, Matth. I, 21. Luc. I, 31. II, 21; deinde ὁ Λόγος, Ioh. I, 1-14; et Filius Supremi, Luc. I, 32. Hebr. I, 5; Dei Filius μονογενής, Ioh. III, 16; charissimus, Matth. III, 17; ipse Deus, Ioh. I, 1. XX, 28. Aet. X, 36; character hypostaticos Dei, Hebr. I, 3. Euincunt diuinam eius natu-

ram  
tificiū ad unum omnes, sed etiam  
inter Reformatoꝝ, ipsoſque adeo  
magistratoꝝ theologoꝝ, quāmplurimi  
mi censem ad ἐντλησθαν Θεὸν  
Γέντων, cuius in praecedentibus  
ſiebat mentio, pertinere. Sed  
potiores videntur eorum ratio-  
nes, qui illa cum ſequentiibus  
cohaerere, et hunc titulum ad  
τὸν τῆς Θεοῦ ἐν σοὶ Φαρεγώ-  
τεως λόγον, ad Euangeliū doctri-  
nam referrī, statuunt. ROB. STE-  
PHANVS quidem diſtinctione ef-  
fecit ſua, vt in pleraque com-  
migraverit editiones lectio, que  
verba, τύλος καὶ εἰδεῖσπερά τῆς  
ἀληθείας, ad eccleſiam refert.  
Sed, primo, iam ante inueniunt  
hoc STEPHANI, reperiuntur

editiones, in quibus post ἀληθείας  
non colon, fed comma, ponitur.  
Has editiones multa cum cura re-  
cenſiuit BOERNERVS, p. 98. 99.  
Deinde etiam inter recentiores  
fuerunt IOH. ALB. BENGELI-  
VS et CHRISTI. SCHOETT-  
GEN, qui in suis N. T. Gr. edi-  
tionibus verba Apostoli rectius  
interpunctione, et ipsa verborum  
I Tim. III, 15, 16 ἐξηγοῦται,  
pererudit egit, ac reliquos hac  
parte ſuperauit b. CHRISTI.  
FRID. BOERNERVS, Differt.  
Sacrar. III, p. 88-130. Adde etiam  
SIG. FR. DRESIGII Com-  
mentar. de Verb. Med. N. F. III,  
5, p. 529. 530

## D

ram (2) *ex attributis diuinis*. Phil. II, 6. Cuiusmodi sunt omniscientia, Ioh. XVI, 30. Matth. XXI, 2 seq.; aeternitas, Ioh. I, 1. VIII, 58; omnipotentia et gloria, Ioh. II, 11; atque alia. (3) *Ex operibus diuinis*. Nempe creatione, Ioh. I, 3; peccatorum remissione, Matth. VII, 21 seqq.; iudicio ultimo, Matth. XXV, 31 seqq. I Cor. III, 5. Act. X, 42; in primis autem ex miraculis, Act. X, 38, quibus referatae sunt pericopae Euangeliorum, iam mortuis resuscitandis, iam morbis sanandis, iam alienis conseruandisque his qui fame perituri essent, ipsa aqua in vinum mutanda, et iea porro. Denique (4) *ex honore et cultu diuino deitatem Christi enarrant*. Huius gloriae eius, ipse Pater studet sanctissimus, Ioh. VIII, 50. 54: hunc Angeli venerantur et adorant, Matth. III, 11: sed homines pii eum colunt, dum se fide, doctrinae ομολογούσι, et precibus ei dedunt, Phil. II, 10. 11, passimque alibi. Immo plenaria demonstratio diuinitatis Christi legitur ad Hebr. I, eoque toto, capite. 5) *HUMANAM quoque θεατρών naturam*, pensa de quibus loquimur euincunt. Diserte enim vocatur Homo, Ioh. III, 13; Missus a Patre, et ex muliere natus dicitur Gal. III, 4. Eius συσχέσεως Luc. I, 35, Ioh. I, 14, et eius unio naturarum atque communicatio idiomatum, ibidem adstruitur. De vocatione Christi Ies. XI, 2, Act. X, 38, Hebr. I, 9, de Christo αὐτομάτῳ Ioh. VIII, 46, I Pet. II, 22 exponitur. Denique, duo αὐτόματα humanae naturae, et illa maxime controuersia, hinc euincuntur. Maiestas quidem *omnipraesentiae* ex Marc. XVI, vlt.: et *cultus adorationis* ex Matth. II, 8. 9

II) Exponunt pericopae DE OFFICIO CHRISTI TERGEMINO. (1) *De officio eius propheticō*, quod etiam *pastorale* vocatur, loquuntur loci penes Matth. V,

20 sqq. Luc. XV, 1 sqq. XVIII, 42 sqq. XXI, 25 sqq.  
 Ioh. VI, 14. X, 1 sqq. ceter. (2) De officio sacerdotali, siue mediatorio multa et varia habentur hic. Nempe consecratio ad hoc officium, sistitur Matth. III, 13 sqq; Redemtionis necessitas, Luc. XVI, 31 sq. XXIII, 26. 27.  
 46; Ipsa satisfactione, Luc. I, 74 sq. II, 21. 30. 31. Ioh.  
 X, 12. III, 14 sq. Matth. III, 1 sqq. XVIII, II. Tit. II,  
 14. Ioh. I, 7. III, 16. Eph. V, 2. I Cor. V, 7. Col.  
 I, 14. I Pet. II, 21 sq. Hebr. VIII, 11 sq. Obedientia Christi actiua in pensis Matth. III, 15. Luc. II, 21 sqq. 51. Gal.  
 III, 4. 5 habetur: neque passio illa, vtpote cum in  
 omni eius vita, tum vltimis praeципue diebus conspicua,  
 in pericopis praetermittitur. De intercessione eius sacer-  
 dotali, locus est differendi ad Marc. VII, 31 sqq. Luc.  
 XXIII, 34. Tandem etiam (3) de officio Christi regio  
 perractant ἐγένετο apud Luc. I, 32 sq. Matth. XXI, 1 sq.  
 et ad Hebr. I tot. Vnuerse autem demonstratur, Iesum,  
 verum Messiam esse apud Matth. XI, 2 seq. XXIII, 23  
 sq. Ioh. I, 19. X, 1-16. Ioh. V, 4 sq.

(1) Restat STATVS CHRISTI VTER QVE,  
 Κενότεος alter, alter Τπερψώσεως. (1) Ad exinanitionis  
 statum referri pericopas, quae de illius conceptione, de  
 humili nascendi sorte, circumcisione, incremento viri-  
 um, corporis pariter animique, item quae de suspensione  
 αὐχημάτων diuinorum, ac forma serui, et aliis eiusmodi  
 agunt; id ex se manifestum. Primarius habetur locus in  
 pericopa Epistolica Phil. II, 5-8. (2) Status exaltatio-  
 nis ibidem exponit ad Phil. II, 9-II. In quo loco, ex  
 verbis ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησὸς πᾶν γένον κάμψῃ κατακλύσοντο,  
 recte sumitur ansa, de descensu Christi ad inferos k) dis-

## D 2

k) In Collegiis theologicis incul-  
 cari debet hoc; nempe caput de  
 descensu Christi ad inferos opor-  
 tere ad concionem publicam pro-  
 pon

XXVIII DE NON ABROGANDIS PERICOPIS

serendi. De resurrectione et vita Christi, ad Marc. XVI, 1 sqq. Luc. XXIII, 13 sqq. Ioh. XX, 19 sqq. I Cor. XV, 1 sqq. Act. I, 3; X, 36 sqq. XIII, 30 sqq; de ascensione eius ad caelum, Marc. XVI, 19. Act. I, 9; denique de sessione ad dextram Patris, Marc. XVI, 19. Matth. XXII, 44. I Petr. III, 22 indicis non obscuris agitur.

Atque haec paullo prolixius afferre iuvit, ut patet, non esse caput in dogmate religionis palmario, cuius mentio non fiat in pericopis hisce; nec vel inde causam esse villam eorum, qui abrogandis his pensis curam impendunt superuacuam.

VIII

SED MVNVS postulat Euangelii doctorum, ut omnem ordinem salutis, sapienti Numinis voluntate constitutum, item singula fidei capita, scitu, creditu necessaria, exponant, applicentque. Huius negotii et necessitatem perspicient et utilitatem, qui, qualis esse debet homo a secula Christi, quantamque placita fidei ad felicitatem nostram habeant vim, perpendit. Sed hunc infeliciter cessurum esse laborem, non est sane, quod opinemur. Nam largum suppeditant nostrae pericopae apparatum, in quibus nullum fidei δόγμα, praecipuum et notabile, deprehenditur neglectum esse. 1) Nobis haut

poni ita, quemadmodum illud  
B. LVTHERVUS explicauit. Si huins aut illius doctoris priuata hoc de dogmate sententia concioni exponitur, confunditur populus, ei nescit quid credat. Etiam propter catechesin publicam retinendum est dogma: tantum abest, ut, qui profiteantur LV-

THERI sententiam, false hi inuidiosique (in primis a theologis Lutheranis,) traduci debeat

1) Non desuerunt oratores facri, qui ducti pericoparum Euangeliorum, cuncta Christianae doctrinae capita exposuerunt. Praecipue PHIL. IAC. SPENERVS in

haut graue erit sigillatim adduxisse doctrinae capita, et veritatis coelestis, cognitione et usurpatione salutem affarentis, ambitum, quasi in compendio stitisse. Scilicet exhibetur in his pericopis doctrina *de attributis diuinis.* m) Luc. I, 49 sqq. 37. 68 sqq. Math. VIII, 2. 3. XIII, 27 sqq. XVIII, 23 sqq. Rom. XI, 33 sqq. XV, 5. 13. Eph. III, 20. Iac. I, 17. Tit. III, 4. I Ioh. III, 16. 19. Locus *de Trinitate.* Math. III, 16. 17. Ioh. XV, 26. XVI, 13-15. III, 5. II. Ioh. V, 7. Tit. III, 4-7. *De creatione.* Ioh. I, 3. 10. Hebr. I, 2. 10. *De angelis bonis.* n) Matth. XVIII, 10. III, 11. XXV, 31. Luc. XV, 10. XVI, 22. Hebr. I, 4 sqq. *De malis angelis.* Matth. III, 1 sqq. XXV, 41. I Petr. V, 8 sqq. *De prouidentia.* o) Matth. II, 1 sqq. VI, 24 sqq. XIII, 24 sqq. Rom. XI, 33 sqq. I Petr. III, 12. V, 7. *De praedestinatio-* ne. Ioh. III, 16. Matth. XX, 16. XXII, 1 sqq. XXIII,

D 3

34

in sermonibus sacris, qui inscribuntur die *Euangelische Glau-*  
*benslire*, (Francof. 1688.) ita  
pertractauit fidei dogmata, vt  
Ioh. FRANC. BUDDEVS, in  
*Isagog. Hift. Theol. Lib. II, 1, §.*  
14. p. 362, erraturum non esse  
putet, qui hoc opus inter systema  
theologica, lingua Germanica  
scripta, retulerit. Praeter  
alios fortasse, quos nescimus, (et  
docta haec forsitan ignorantia est,) superius pariter anno id cepit  
consilium Summe Reu. D. ERN.  
AVG. BERTLINGIVS, Prae-  
ceptor quondam meus perpetuo  
colendum, libro edito, *Erste Grün-  
de Chrifflicher Lehre* etc. quod  
opus Gedani prodiit

Ceterum id obiter moneo, me  
omissoe pericopas, memoriae  
Sanctorum, Apostolorum que de-  
dicatas, quia hae tantum in non  
nullis coetibus et ecclesiis expli-  
cantur

- m) Multa Dei *attributa cognosci* etiam possunt ex pericopis, quae miraculorum Christi historiam exhibit. Talia sunt bonitas di-  
uina, omnipotentia, sapientia, cet  
n) *Angelos bonos* itidem occupatos  
fuisse, dum Christi ἐναρχοντος,  
Mariae; et eius nativitatem pa-  
storibus annuntiarent, neminem fugit
- o) Clarissima *prouidentiae Dei do-*  
cumenta, etiam in miraculis Chri-  
sti deprehendi, non solum ex  
ipsa

34 sqq. XV, 22 sqq. Luc. XIII, 24. Tit. II, 11 sqq. *De diuinitate Spiritus Sancti.* Ioh. XV, 26. XVI, 13-15. I Cor. XII, 1 sqq. *De donis eiusdem et operationibus gratiosis.* Ioh. XIII, 26. XV, 26. XVI, 7 sqq. p) Act. II, 1 sqq.

ipsa miraculorum notione patet, sed euicit etiam diabos de *Miraculis Christi* dissertationibus, HERM. VVITSIVS, in *Meletem Leidens.* p. 330 sqq.

p) Liceat nobis, post eruditos interpres, a B. Ioh. CHRISTO. VVOLFIO in *Curis ad h. l.* laudatos, et post nouissimam Vener. HEV MANNI industriam, nostram etiam qualemunque conferre symbolam ad locum 10 H. XVI, 8-ii. Illa, quasi ἐν συνόψει, haec est: "Nempe Spiritus Sanctus vbi aduenierit, conuincent incredulos de his tribus. Primo quidem de peccato: ἔτι δὲ τοῖς πατέρων αἰς ἐπι. Conuincent eos de peccato, 1) quod credere nolunt, me verum Deum et Messiam esse; 2) quod fiduciam in me non collocant. Secundo eos conuincent de merito et satisfactione mea: ὅτι πόσος τοι πατέρα με υπάγω, καὶ ἐν ἔτι Δεωρέτη με. Scilicet vox diuinae si de Christo adhibetur, perfectum indicat meritum Deoν Θεόν, et satisfactionem, per eius natuitatem, vitam, obedientiam, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionem in caelos, nobis par-

"tam. Hoc sensu adhibetur, cum alibi, tum apud Matth. III, 15, "vbi ipse Christus, πρέπον ἐστιν, "ait, ἡμῖν πληρῶσαι πάσαν δι- "ναστίν. Conuincent itaque "Spiritum Sanctus incredulos, "Christum satificisse, Dei iustifica: idque perficiet potissimum "hoc argumento, dum ostendet, "Christum denio ad Patrem suum, eumque placatum, rediisse, "ac immortali gloria ad dextram "Dei coronatum esse. Hebr. II, 9. ro. Denique tertio eos conuincent de iudicio: ἔτι δὲ ἀλέκτων "τὸ κέρας τέττα κέντα. "I Cor. XV, 54. Nempe deinonstrabit, diabolum, mundum, "peccatum, vieta ac superata, et "homines ex tenebrarum potestate in regnum Filii translatos "esse. Col. I, 13. 14." Conuecni haec interpretatio in plerisque cum illa meritissimi HEV MANNI, in der Erklärung der N. T. III Theil, p. 287-294, nisi quod Vir S. R. vocem διακονίν de veritate doctrinae adhibet. Similiter etiam patet, quam ineptus sit homo CHRISTO SANDIVS, dum in *Paradox. Interpret.* p. 244 huncce locum flagellum theologorum nominavit

I sqq. X, 44. Tit. III, 5. 6. Gal. III, 6. I Petr. V, 10. Rom. VIII, 13 sqq. Eph. III, 16. V, 18. I Cor. I, 4 sqq. Phil. I, 6. I Joh. V, 6. q) I Cor. XII, 4 sqq. *De imagine Dei.* r) Eph. III, 23. 24. f) *De peccato originis.* Ioh. III, 6. Rom. VI, 6. VIII, 12. 13. Eph. III, 22. *De peccatis actualibus.* Luc. II, 41 sqq. VIII, 4 sqq. XI, 14 sqq. Ioh. III, 18 sqq. VIII, 46 sqq. Rom. VI, 19 sqq. Gal. V, 19 sqq. I Joh. I, 8. 10. Iac. I, 16 sqq. I Cor. X, 13. *De libero arbitrio.* I Joh. III, 13. 14. I Cor. XII, 3. 2 Cor. III, 5. *De vocatione.* Matth. VIII, 11. 12. XXII, 1 sqq. XXIII, 34 sqq. Marc. XVI, 15. Luc. XIII, 16. XXIII, 47. Rom. XV, 5 sqq. Act. X, 34 sqq. I Cor. I, 9. *De illuminatione.* Matth. II, 1 sqq. Luc. XXIII, 32. Ioh. I, 9. Eph.

q) Horum sensus verborum hic est: "Et Spiritus Sanctus, qui in fidelium animis operatur, eos conuincit, Spiritum, per prophetas et apostolos loquutum, veritatem esse."

r) Qui ex pericopis Evangeliorum doctrinam volunt de imagine Dei elicere, illi vel in MATTH. XXII, versibus 20. 21, vel illis in locis habent occasionem, in quibus attribute Christi, secundi Adami, in quo imago Dei perfecte resplenduit, describuntur. Non alia sentit Celeb. BAVM-GARTEN, in Theib. Theolog. p. 179 sq. Fons, inquit, unde cognitio imaginis diuinae, strixisse suntae, deriuanda est, tres potissimum sunt.

Tertius, illa Dei oracula exhibet, quibus Christus summum imaginis diuinae inter homines exemplar repraesentatur. SPENERVS,

in Lib. supra cit. de Imagine Dei egit ad Lyc. X, 27. 28. Sed qui ex Marci capite XVI, 18, quo dominium in serpentes et bestias promittitur legatis Christi, colligunt, partem imaginis diuinae restitutam esse; hi valde errant. Nam dominium in creaturas, proprie nec pars, nec essentiale requisitum imaginis diuinae, sed ornamentum externum, et consequens (vt sic dicamus,) separabile fuit. Interim, hac cautione adhibita, tamen potest die facto Ascensionis Domini, doctrina de imagine diuina, explicari. Non est etiam omittenda historia lapsus Adami. Cuius si diserta mentio non fiat in pericopis, potest tamen de primo lapsu non incommodate agi occasione tentationis Christi, a diabolo agitatae Matth. III, 1 sq. aut ex dicto Petri i Epist. V, 8 sq

Eph. V, 8. *De conuersione et regeneratione.* Ioh. III, 1 sqq.  
 XX, 24 sqq. Luc. XV, 1 sqq. XVIII, 9 sqq. XIII, 18 sqq.  
 VIII, 4 sqq. t) XI, 24 sqq. Ief. XXXX, 3. 4. I Petr. II,  
 25. Tit. III, 5 sqq. Iac. I, 18. 21. *De iustificatione.* Matth.  
 VIII, 1 sqq. Luc. XVI, 9 sqq. Tit. III, 4 sqq. I Ioh. I,  
 7. 9. I Petr. II, 24. Act. X, 43. Gal. III, 15 sqq. Col. I,  
 14. Ief. XXXX, 2. *De unione mystica fidelium cum Deo.*  
 Ioh. XIII, 23. I Ioh. I, 3 sqq. I Ioh. III, 16. Eph. III,  
 17. I Cor. I, 9. *De sanctificatione.* Matth. VI, 24. XVIII, 8.  
 9. Ioh. X, 4. 5. I Petr. II, II, 12. 21. 24. Rom. VI, 3  
 sqq. 19 sqq. XIII, 11 sqq. Gal. V, 16 sqq. Eph. V, 1 sqq.  
 Col. I, 9 sqq. I Thess. III, 1 sqq. Tit. II, 12. 14. *De  
 scriptura sacra.* Luc. XVI, 27 sqq. VIII, 4 sqq. XI, 28.  
 Ioh. VIII, 51. XX, 31. Matth. II, 4 sqq. III, 4 sqq. XXI,  
 4. 5. 2 Petr. I, 16 sqq. I Cor. III, 1 sqq. Act. I, 1 sqq.  
 II, 1 sqq. Iac. I, 18. 21. sqq. Rom. XV, 4. Col. III, 16.  
*De lege.* Matth. XXII, 36 sqq. V, 20 sqq. Luc. X, 25 sqq.  
 Rom. XIII, 8-10. Gal. III, 19 sqq. 2 Cor. III, 4 sqq. *De  
 Euangelio.* Luc. II, 10 sqq. XXIII, 46 sq. Marc. XVI,  
 15. 16. Ief. XXXX, 1 sqq. I Cor. XV, 1 sqq. 2 Cor. III,  
 6 sqq. *De clavis regni caelorum.* Ioh. XX, 22 sq. *De  
 circumcisione.* Luc. II, 21. *De agno paschali* occurrit in  
 historia passionis Christi, et I Cor. V, 7. *De baptismo.*  
 Matth. III, 13 sqq. Marc. XVI, 16. Ioh. III, 5. Tit. III, 5.  
 I Petr. III, 21. *De sacra coena.* I Cor. XI, 23 sqq. *De fide.*  
 Ioh. XX, 28 sqq. II, II. Matth. VIII, 1 sqq. 23 sqq. VIII,  
 22. XV, 22 sqq. XVIII, 6. Luc. V, 5. XVII, 19. XVIII,  
 42. I Cor. XII, 3. Gal. III, 26 sq. Eph. VI, 16. 2 Thess.  
 I, 3. I Ioh. V, 4 sqq. *De bonis operibus.* Luc. XIII, 1 sqq.  
 Matth. XX, 1 sqq. *De ecclesia.* Matth. XIII, 24 sqq. Marc.  
 XVI,

t) In his locis, Luc. VIII, 4 sq. et  
 XIII, 18 sq.; conuersio[n]is narran-

tur impedimenta, et omnia sua-  
 viibus parabolis inuoluuntur

XVI, 15. Ioh. XX, 21 sqq. i Cor. III, 1 sqq. Apoc. XII, 7 sqq. *De morte.* Rom. VI, 23. *De immortalitate animae.* Luc. XVI, 19 sqq. *De resurrectione mortuorum.* Luc. VII, 11. Phil. III, 20 sq. i Thess. III, 13 sqq. *De iudicio extremo.* Matth. XIII, 30. XXV, 31 sqq. Luc. XXI, 25 sqq. u) i Cor. III, 5. Hebr. I, 11. 12. i Ioh. III, 17. 2 Thess. I, 6 sqq. *De vita eterna.* Matth. XXV, 31 sqq. Luc. XVI, 22. 25. Rom. VI, 23. i Cor. XIII, 10 sqq. *De inferno.* Matth. XXV, 41 sqq. XVIII, 34. Luc. XVI, 23 sqq. 2 Thess. I, 9

## X

DOCTRINAE theologicae, vtut vastae, apparatus, nihil prodesse ad salutem, nisi etiam recte adhibetur et exerceatur, conserua res est, et ex ipsa theologiae descriptione,

u) In duas abeunt partes, qui super hoc loco commentati sunt: aliis, de Christi ad iudicium extreum, aliis, de eius ad excidium Hierosolymae aduentu, locum interpretantibus. Interpretes larga adduxit manu LILIENTHAL, in Archiv. Bibl. N. T. p. 244 f/q. Media nuper incessit via CL. FOERTSCH, Gottingensis Professor, in Progr. de usu Pericop. Euangel. in Eccles. ac difficultatib. quac hic sese offerunt p. 13f. Statuit, et de ultimo Christi ad iudicium aduentu, et de singulari aduersus Remp. Iudaicam iudicio, diuersis tamen in commentibus, hic exponi. Loco παρελλήλῳ apud Matth. XXIII, 3 huc vocato, tria a discipulis quaeri. 1) tempus excidii Iudeiae,

2) signa aduentus Christi ad euentus Hierosolymas, 3) signa mundi interitum antecessura. Putat, responsionem Christi ad quæstionem secundam contineri Luc. XXI, 8-24, commemorando tum signa remotiora, v. 8-19, tum proxima, v. 20-24. Ad quæstionem tertiam, v. 25-27, et ad primam, haberi versibus 32 et 33 responsionem. Denique adiici quædam, ad piorum solatiū spectantia, v. 28-31, et graui ad vigilantium precepsque exhortatione nos remitti ad ea, quae de die mundi extremo Seruator tradixerat. Haec omnia, confer, lector, cum GOTTFR. OLEARI Obseru. LXXII in Matth. p. 67o sq

E

ptione, quae legitur in epistola ad Titum I, 1, manifesta. Hinc graues illae ac saepius repetitae ad pietatem et vitam sanctam exhortationes! hinc illae ad *avocatoꝝ* defugiendam dissuasiones momentosae! hinc efficacia ad virtutem colendam argumenta in literis sacris! Ergo id agat diligentia et opera summa qui Christo nomen dat, ut sancta, quae scriptores diuini tradiderunt, exerceat morum praecepta, et quotidie ea sequatur. Euoluat ob eam cauſsam et singulos libros sacros, et maxime pericopas de quibus agimus vtrisque. Tum profecto videbit, omnes in iis non solum pietatis quae accepta sit Deo, sed officiorum etiam partes, tanquam in compendio, suppeditari. x) Id ne gratis videamur proposuisse, *συλλαβεσσον* adscribemus et capita potiora doctrinae de moribus sanctis et actionibus Christianis, vnde magna virtutum et officiorum cuncti generis seges inhorreſet. Nempe tractant pericopae de principio actionum Christianorum, *de amore in Deum*. Matth. XXII, 34 sqq. Luc. X, 27. Ioh. XIII, 23. Ioh. III, 16 sqq. Agunt *de abnegatione sui*. Matth. II, 1 sqq. XXI, 1 sqq. Tit. II, 12. *De natura et gratia*. Rom. VIII, 12 sqq. Gal. V, 16 sqq. Eph. III, 23 sqq. *De vita sancta*. Ioh. III, 19 sqq. Matth. VII, 15 sqq. Rom. XII, tot. I Petr. III, 8 sqq. Gal. V,

22.

x) Huc pertinent *Hemiliae seu Concio[n]es populares*, quae a FROBENIO Basileae anno 1516 editae, ex HIERONYMI, AMBROSI, AVGUSTINI, et aliorum Patrum commentariis super pericopis Dominicibus, decryptae sunt. Item IOH. LASSENII *Sacra Moralita*: nec non SPENERI orationes sacrae in Euangelia, quae inscribuntur Eu-

*angelische Lebenspflichten*, in quibus velut integrum sistema theologiae moralis exhibetur, teste BYDDEO Ifag. Hist. Theol. II, 4, p. 592. Hanc in classemnum IOH. BRVNNEMANVS, non ignotus Iurisconsultus, referri debet ob *Meditationes sacras ad duclum Euangeliorum Dominicium*, Halae editas A. 1700, non habeo dicere

22. *De hostibus vitae sanctae.* Matth. III, 1 sqq. XIII, 24 sqq. Ioh. XVI, 1 sqq. 20. Eph. VI, 10 sqq. I Petr. V, 8 fqq. *De hypocritis.* Matth. VII, 15 sqq. Luc. XVIII, 9 sqq. *De officiis erga Deum, et de cultu Dei, interno pariter atque externo.* Luc. II, 33 sqq. 41 sqq. VIII, 4 sqq. Mal. III, 1 sqq. Rom. XII, 1. 2. Iac. 1, 26 fqq. *De confessione et ἐμολογίᾳ nominis Christi.* Ioh. I, 19 sqq. Matth. XI, 2 sqq. *De humilitate.* Matth. XVIII, 1 sqq. Luc. XIII, 9-II. Ioh. I, 19 sqq. Luc. V, 8. XVIII, 13. 14. 2 Cor. XI, 19 - XII, 9. Phil. II, 5 sqq. I Petr. V, 6. *De acquiescentia in voluntate Dei.* Matth. VIII, 1 sqq. XX, 10 sqq. *De obedientia erga Deum.* Ioh. X, 3. 4. 5. 14. 16. XIII, 23. *De grato erga supremum Numen animo.* Luc. I, 46 sqq. XVII, 15 sqq. I Cor. I, 4 sqq. Eph. V, 20. Col. III, 17. *De initiatione Dei.* Luc VI, 36. Phil. II, 5 sqq. Eph. V, I, 2. *De cultu Dei propter beneficia huius mundi.* Ioh. VI, 1 sqq. *De precibus.* Matth. VIII, 1 sqq. 23 sqq. XV, 21 sqq. Marc. VII, 31 sqq. Luc. XVIII, 35 sqq. Ioh. XVI, 23 sqq. Rom. VIII, 15. Gal. III, 6. Eph. III, 14 sqq. Phil. III, 6. I Petr. III, 8. *De officiis erga alios, et de amore proximi.* Luc. X, 25 sqq. XIII, 1 sqq. Rom. XIII, 8-10. I Cor. XIII. tot. Col. III, 12. 14. I Petr. III, 8 sqq. Ioh. III, 14 sqq. III, 16 sqq. *De communione fidelium inter seip.* Luc. II, 15 sqq. Rom. XII, 4 sqq. XV, 5 sqq. Eph. III, 1 sqq. Ioh. I, 3 sqq. *De officiis inferiorum erga superiores.* Matth. XXII, 15 sqq. I Petr. II, 13 sqq. *De officiis erga parentes.* Luc. II, 51, et erga liberos. Luc. II, 41 sqq. Matth. XV, 21 sqq. XVIII, 5 sqq. *De vindicta.* Rom. XII, 19. *De ira.* Iac. 1, 19. 20. Eph. III, 26. *De officiis erga inimicos.* Matth. V, 20 sqq. XVIII, 23 sqq. Rom. XII, 20-21. Col. III, 13. I Petr. III, 9. *De virtutibus erga quiseros.* Luc. XVI, 9. 19 sqq. X, 30 sqq. XVIII,

XXXVI DE NON ABROGANDIS PERICOPIS

XVIII, 35 seqq. Matth. XVIII, 23 seqq. XXV, 34 seqq. Iac. I, 27. I Joh. III, 17 sq. *De officiis erga animam aliorum.* Matth. XIII, 24 seqq. Luc. XXIII, 13 seqq. Col. III, 16. Gal. VI, 1. 2. *De scandalo.* Matth. XI, 6. XVIII, 6 sq. Joh. XVI, 1. I Cor. V, 6 seqq. *De libidine, adulterio, rebusque aliis Venereis.* Gal. V, 19 seqq. Eph. V, 3-5. I Thess. III, 3 seqq. *De furto.* Eph. III, 28. I Thess. III, 6. *De beneficentia.* Gal. VI, 9. 10. I Joh. III, 17. *De falso testimonio, calumniis, mendaciis, et de praepostera aliorum iudicatione ac damnatione.* Luc. VI, 37. XI, 14 seqq. Joh. VIII, 46 seqq. I Petr. II, II. 12. Eph. III, 25. I Cor. III, 3 seqq. *De concupiscentia.* Matth. XVIII, 8. 9. I Cor. X, 6 seqq. Gal. V, 16 seqq. I Petr. II, II. 12. *De officiis erga se ipsum, cum quoad corpus,* Luc. XXI, 34. Rom. XIII, 14. Eph. V, 18. I Thess. III, 3 seqq. *tum quoad animum.* Matth. VI, 24 seqq. XXV, 13. Luc. XXI, 36. I Cor. X, 12. Matth. XI, 2 seqq. Eph. VI, 10 seqq. 2 Cor. XII, 7 seqq. VI, I. 2. Gal. VI, 4. 5. Col. I, II. Eph. VI, 10 seqq. V, 6. 7. Rom. XII, 3. Gal. VI, 3. *De diligentia nostro in munere seruanda.* Luc. V, 1 seqq. I Petr. III, II. *De patientia in calamitate.* Joh. XVI, I seqq. 20 seqq. Rom. VIII, 17. seqq. I Petr. II, 19 seqq. III, 13 sq. III, 12 seqq. 2 Thess. I, 7, et de aliis plurimis

IGITVR ex iis, quae hoc usque allata sunt, constat, in Euangelicis Epistolicisque particulis exponi I) de σπουδή σκοπιματάσι librorum facrorum, nempe de Christo, Saluatore humani generis, fine Legis, et Euangelii centro. Patet II) omnia fiduci dogmata ex iisdem sine difficultate demonstrari posse. Denique III) omnes ibi virtutes, officia, ac bona sanctificatorum opera satis explicari. Has ergo περιπτώσεις qui *Biblia parua, aut compendia*

dia Bibliorum nominauerit, y) is perquam commode et utiliter loqueretur.

## XI

VNICVM saltem, loci vnius, sensum esse in libris sacris, et eum sancto a Flamine intentum, vera est vnamisque interpretum optimorum mens ac sententia. z) Idem tamen nostrates theologi etiam *foecunditatem diuinasque* defendunt *vnius sensus*. a) Neque illud omnino perperam. Cognoscimus enim, sensum literarum sacrarum non vbique sensum simplicem esse, sed non raro cum ex *literali* tum *mystico* simul; nec raro ex pluribus, prudenter sibi inuicem subordinandis, compositum partibus. cuiusmodi sensum, non desunt, qui *praegnantem* et *plenum* nominare solent. Scimus, pendere magnos ab litera vna montes in sacris libris, nec esse verbum, et si primo intuitu videatur superfluum, tamen fine cauſa sapienti ac fine salutari adhibitum. 2 Tim. III, 16. Certum est, summam *εμφασιν* verbis Dei, ac thesauros profundae

## E 3

y) Ita etiam iudicauit B. FRID. VV E S I V S, Theologus quondam Academiae huius, in Progr. de Euang. atque Epifol. Pericopis, (Heilust. 1698) §. 143 approbante SAM. SCHELGVIG, Synopf. Controu. Art. 32, p. 367. quos vide

z) IOH. quidem COCC E I V M, praecipue autem eius affectas, et FRANC. BVRMANNVM in Synopf. Theol. Lib. XII, p. 62, defendisse fententiam, verbaliborum sacrorum vbique significare tantum, quantum possint; non ignorant, qui vel initia theologiae exegeti-

cae degustarunt. Contra illos legatur VVERENFELSIVS in Opusc. p. 375, recte monens, non excessu peccandum. Huc pertinet LVD. ille MEIERVS, auctor Exercit. Parad. Philos. Scriptur. Interpr. Cap. IIII, §. 8: Omnes, inquiens, loci aliquius veritatis, quae lectori occurrere possint, etiam veri sunt sensus. Respondemus. Sunt veri omnino sensus, sed minime *vnius loci*

a) Vid. CHRISTI BIBLIOPHILI (IOH. GE. VNKAVF,) libellus de foecundit. sensus in Script. S. Stutgard. 1709

XXXVIII DE NON ABROGANDIS PERICOPIS

sapientiae inesse. Hos quanto meditamus diligentius, tanto semper deprehendimus vberiores. b ) Vna in voce *eigiv* (Ioh. XX, 19) quanta est bonorum amplitudo ! pax cum Deo; in eodem acquiescentia; in conscientia tranquillitas; pax cum hominibus. Explorata res est, saepe sensum cuiusdam loci non intelligi, nisi alia multa quae hoc pertinent, et plenum dicti sensum constituant, sigillatum considerantur. Eo facto, larga differendi matieres emanat, et ansa datur, in uno loco multis de aliis beneficiis, aut principiis gratiae, aut mediis salutis, cogitandi. Nihil adiicimus de illo amplio ac perpetuo confessu veritatum caelestium, nec de earum nexu, ordine, relatione ac *συμμετέρη* inter se, qua, obtutu vinius *θέως*, magna se rerum multarum series offert. Igitur quae vniuersitate

b ) Fertilitatis literarum sacrarum forte abusus est, vt, explicandis concioni pericopis, nonnulli methodo uterentur, vnum per annum stabilita. Methodum, *anniversariam*, lingua Teutonica *Labrgang*, nominabant. Sacras habebant orationes, in quibus vnum idemque *θέου*, paribus eadem, singulis toto anno diebus recurrebat Dominicus. Nos quidem *μέδον*, quae theologia placuit doctis, et sapientibus, ac supra laudes nostras collocatis, reiicere nolumus. Id saltem monebimus, eauendum esse, 1) ne isthac methodo impediatur sensus, pericopae suis. 2) Ne auditorum infringatur attentio, fastidiumque aufcultande orationis sacrae excitetur. 3)

Ne ingenii lusus, artifis ostentatio se se prodat. 4) Ne varietas et status negligatur eorum qui audiunt, et ne praetermittantur necessaria. 5) Ne videntibus ea methodo iniuri possit, quod grammaticis Latinis his, qui macula in *Pedano* contrahunt. Recte se haber sententia B. IOH. BEN CARPOVII, in *Praefat. ad Disposit. der Tugendsprüche*, p. 125 : Die eingeführten Methoden und Labrgänge über die Evangelia sind wohl gut : die wenigsten aber wissen ihre Predigten darnach recht einzurichten. Denn meistrentheils läuft es auf einen bloßen Discours hinaus, dazu der Text bey den Haaren gezogen, und das Wort Gottes erbärdlich genarrirt, und also viel geredt, wenig erbaut wird.

niuerse de ambitu diuinorum librorum diximus, (poterant autem plura, institutum si pateretur, afferri,) haec si transferuntur et applicantur ad particulas *Euangeliorum* et *Epiſtolarum*, videbunt omnes, eas, fontis instar perennis, largas perpetuo oratoribus sacris praebere vndas, dicendi apparatum et copiam largam; c) nec causam

c) Nulla autem, certe tenuis, ex illa rerum in pericopis praefstantia, fertilitateque sensus earum, redundabit utilitas in coetus sacros, nisi Homiletæ sapientia instructi, regulas, quas ἔγραψαν et rhetorica praeſcribit sacra, cognoscant, et dextre applicent. *Euangeliorum* interpres, periti sint theologiae Iudaicæ, et scriptarum quae tempore Christi erant inter Iudeos, maxime Pharisæas; regiminis item huius populi, tum ecclesiastici tum pontifici; harmonia Euangeliorum, geographiae, Χρυσοροϊας sacrae, antiquitatum Hebraicarum. - *Epiſtolarum* explanatores, Græcas Romanasque res teinant; Apostolorum, in primis Pauli, historian; molimini ad ueriariorum veritatis, et haereticorum. Hi Gnosticorum, atque Essenorum, hi Syncretistarum placita, aduersus quae legitimi Salvatoris pugnant in literis sacris, sciant. Hi ciuitatum atque populorum ad quos datae sunt litterae, naturam; opiniones posteras, sclera quae Apostolorum tempeſtate inuferant, persecutions quibus res Christiano-

rum primæ diuexabant, non ignorent. Haecenim si diligenter attendantur, cogitata sacra adiuuabunt, et homileticas audiubunt copias, ita, ut quotannis diversi explicari, et quae optimæ auditoribusque videbuntur maxime accommodata, possint eligi.

Ceterum, tirones, et qui nouter fungi cooperunt munere sacro, iuuabunt *Sal. Glaffii* et *Guil. Lyfieri* Exegetes Euangeliorum et Epistolarum: *Cunr. Dieterici Analyſis Euangeliorum Domini- cal. et Festiualium: Job. Henr. Maii Euangelica Theologia: Job. Frid. Mayeri*, illius magni quandam oratoris, Eclogæ, a Venerando et de ecclesia Christi meritisimo sene theologo NEV- MEISTERO editæ; nec non illi omnes, qui a Cel. PFAFFIO in *Introd. in Hist. Th. Lit. T. III*, p. 369 f. adducuntur. Praeterea *Job. Geo. Meuschenii, Gottfr. Büchneri, Geo. Pet. Zenchelii, Job. Leonh. Fröcressen*, et *D. Baumgartenii* labores non ignoti. His adiucimus librum in eo genere principem, *S. Reu. Sig. Fr. Georgii*, Dispos. et Commentar. in Perico-

sam subesse, quare de illis siue abrogandis siue mutandis acutula agitentur consilia

## XII

P A R Y M ille et vsu rerum et experientia videbitur praestare, nec coetus cognoscere Christianorum, qui plerosque rerum ignorantia diuinarum neget affectos, lacras orationes, serie profluente continuata, non capere posse aut intelligere. Immo etiam qui existimet, ea plerosque esse habilitate, ut attendere dictis, quantum decet, possint, nec vt surdi sint inter auditionem, aut inter aspectum ipsum omnino coeci, d) nae profecto haut leuiter aberraret. Itaque nihil consultius, rudioribusque esse accommodatius sentiet aequus existimator, quam veritatum earundem, eorundem textuum sacrorum, iteratam crebro temporibus statis explicationem. Hac enim ope efficietur, vt oracula Dei et eorum interpretatio infigantur animis et memoriae auditorum, omnisque inde cognitione.

Pericopas Euangelicas, Celeberr. *Berlingii* variae Dispositi. Euangelicae, ab anno inde 1751 usque ad 1753, Helmstadti prodierant. Nunc autem cummaxime succedunt Magnifici Abbatis, D. Christo. Tim. Seidelii, Patroni et Praeceptoris mei obseruantissime deuenrandi, mellifluae et suaves συνεχεότους atque Dispositiones super Euangelis Epistolisque, in quibus Vir ille venerandus

*Omne tulit punctum. nam misericordia vtile dulci*

d) Nam vel hodie, in luce tanta doctrinae Christianae, qua o-

mnes, minimi, maximi, debent Deum cognoscere (Hebr. VIII, 11.) tamen non desunt, qui, vt Christus ait apud Euangelistas, Ελέποντες & Ελέποσι, νοι ακέπτοτες εκ ακέπτου, εδε συνιέτι. Matth. XIII, 13. Marc. III, 12. cet. Huc spectat senarius Anonymi auctoris: 'Ο γεωμετώπος, επέρας, ελέπων. Illiterati nec ea, quae vident, vident. siue, vt GROTIUS haec verba eleganter expressit: Illiterata vista, cum oculis cecitas. Eiusmodi εναιδηστες, ac veluti insensatioinem, THEOPHRASTVS depinxit Charact. Cap. XIV.

cognitio salutaris felicius promoueatur. Atque illud negotium, vel eam ob causam, potest probe succedere. Agunt enim lectiones dominicales de rebus, quae in sensu incurunt, et de factis, dictis, portentis ac miraculis Christi, *διατρέπεν ἔγγραφα καὶ λόγων*, exponunt. Id praecipue conuenit captui rudiorum. Hi nisi ostenta multa atque miracula viderint, credunt aegre, et vix conuincuntur. Ioh. III, 48. Quanta ergo ex penis Euangeliorum et Epistolarum redundet in τὰς νοθεῖς τὰς ἀνοδικὰς vtilitas, facile erit intellectu. Nam illa in conuentu publico sacrorum praeleguntur quotannis, et per singulas partes exponuntur. e) Igitur ad haec audienda et dextre intelligenda animum et pectus praeparare possunt auditores, superque iis vel ipsi aliqua meditari, vel aliorum meditata perlegere. Certum e contrario hoc est, futurum, vt multi breui tempore excidant doctrina Euangelica, si mox haec, mox illa, semper iis ignota ac diuersa, libro-

e) Sic etiam Paullum non piguit, τὰ αὐτὰ, eadem saepe perficerere ad ecclesiás, quod eam repetitionem ipsius *αὐτοληγῆ*, tutam esse et utilem existimabat. Phil. III, 1. Haec verba minime patrocinantur ignaviae eorum, qui luxu ac desidia diffuentes, τὰς αὐτὰς ἐψίδας, easdem conciones, ante annum aut aliquot recitatas, denimo repetunt, ita ut praeficiant omnes, quid ille praeco tantus sit allattus. Vir enim sapiens ac eruditus tum alios, tum se ipsum maxime, verebitur. Sed Apostoli mens est, Philippenibus, quae praefens ore tradiderat,

τὰ αὐτὰ eadem dentio inculcante, coquē efficere, vt ab iis, qui peruerse docebant, sibi cauerent. Itaque omnino iuuabit, tali modo dicere τὰ αὐτά. Nam qui ingenio et doctrina praefat, de *iisdem* non dicet *eadem*. Doctrinam quidem repetet eandem, sed grata varietate, quae ex foecundia diuinorum librorum redundant. Conf. IVST. CHRISTO. BOEHMERI, Theologi quandam et Oratoris in hac Academia, *Dissert. elegantissima, Idea Eloquentiae sacrae, Cap. VIII, et XI,* (Edit. 2,) p. 38. 43.

F

librorum sacrorum dicta explicitur; quum multi sint, qui ipsa adeo harum pericoparum contenta, adeo trita, adeo plana plerumque, vix intelligent.

## XIII

NEC charitatis officio erga imbecilliores satissaciunt, qui non ferendas esse iubent istas pericopas. Hoc enim facto offensioni sunt atque incommodo suis fratribus, Deique opus impediunt. Rom. XIII, 13, 15. Mulieres sane ac rudes reuerenter tractant illa pensa. Norunt, haec a priscis inde temporibus pie constituta, et iisdem interpretandis animas esse innumeratas ad salutem perductas. Igitur aliorum labores sacros, *omilias*, et *tractationes f)* priuatim legunt animo deuoto, et hac lectione se aptos atque idoneos faciunt, ut verba ecclesiastae facilius intelligent. Repetunt conciones auditas ex libris eiusmodi, gaudentque si deprehendunt similia ipsis quae audierunt, si eadem neruose dicta, stringentia eadem obseruant loca, quibus inter auscultandum commouebantur. Quis ignorat magnum studium plurimorum in rebus liturgicis seruandis? Aut, quis nescit, gratiam atque commendationem inesse in rebus his, quae a maioribus institutae fuerunt? Quum opera diui LUTHERI sacra Christiana instaurarentur, li-

be-

f) Sermones, qui, sacro textu praelecto, ad populum habebantur ex vmbone, apud Latinos vocabantur *Tractatus* seu *Tractationes*, nonnunquam *Disputationes*. Id patet ex multis CYPRIANI, OPTATI, AVGVSTINI, HIERONYMI, aliorumque testimoniis, a BERNARDINO FERRARIO collectis in *Lib. de Ritu sacr. Eccles. Vet. Concionum.* Add.

IOACH. HILDEBRANDVS, de *Concion. Vet. Cap. III*, §. 3: et PETR. ROQVES, in praefstanti libro, *le Pasteur Evangelique*, P. I, p. 20. Apud Graecos nominabantur tales sermones *Ομιλίαι*, *Λόγοι*, *Διδασκαλίαι*, *Διδάσκαιοι*. Conf. CAR. DV FRESNE *Glossar. Med. et Inf. Graecit.* his vocibus

berum erat, aut retinere textus consuetos, aut iis alios substituere. Sedulo autem cauebant pii confessores, ne quid temere, aut praeter necessitatem in adiaphoris innoarent, et ne a moribus rectis sanctisque recederent, in ecclesia receptis. Postquam igitur pericopas seruarunt vistatas, lataque quasi lege ecclesiastica eas confirmarunt, non inanem certe et legis violatae et contumaciae habet speciem, velle alia moliri ac introducere.

QVOT autem aliis quaeso, quot magnis opus tale difficultatibus premeretur? Quod si enim (I) pericopis abrogatis, delectus textuum (vt in coetu fit *Reformatorum*,) relinquitur libertati concionatorum: hem, quam inconuenienter, quam saepe inepte, saepe ridicule, textus arcessentur a rudibus pastoribus! Eligit hic sacram historiam; ite fidei dogma, hic morum praeceptum (bene haec quidem,) explicabit. Sed aliis autem minis, Legisque fulgure vnicie feriet; aliis vnicie Euangelio solabitur. Erit, qui longissima capita, qui psalmum centesimum vnde uicesimum praeleget; quum aliis super vnicia vel duabus vocalis sit concionaturus. Alius geographiae, hic criticae si Diis placet peritiam ostentabit: hic emphases somniabit grandes, spectra vbi non sunt. Non deerit, qui dictum dabit, quo mulierculae ac pueri qui aere lauantur nondum, insipientiae hominis irrideant. Ipse HENR. LVDOLF. BENTHEMIVS g), durior ceterum in hoc dissidio dictator, reprehendit hunc morem, penes *Reformatos* vistatum: pensa, ait, saepissime eligi,

F 2 quae

g) Holländ. Kirch- und Schulen-Staat, Lib. I. Cap. 8, §. 5. p. 258.  
Verba BENTHEMII haec sunt:  
*Es ist nicht wohl gethan, dass ihre Kirche die Erweckung eines Textus einem jeden Prediger frey*

gelassen, wodurch zu Zeiten an manchen Orten solche Sprüche erklärt werden, die wenig Erbauung bringen, denn hierin eine geistliche Klugheit nötig, welche sich aber bey allen nicht findet

XXXXIII DE NON ABROGANDIS PERICOPIS

quae populum exaedificare non possent. Atque ita omnino sese res habet. Quid est enim, quod desideretur in pastoribus plerisque, nisi pastoralis prudentia, prudentia spiritualis, qua veritatis possunt orationem ἐρθομένη, secare, (2 Tim. II, 15,) atque statum suorum auditorum, item loci, temporis, personarum adiuncta, denique propriam suam conditionem, satis perpendere? (II) Non minora obstacula produnt sese, quum sacra scriptura secundum ordinem librorum quo hodie collocantur, concioni exponeretur. Nam, ut de eo, quod in tabulis exhibit **HVMFREDVS HODY**, b) nihil dicamus, nempe seriem sacrorum librorum varie a variis dispositam, et praecipue dubiam esse χρονοδίζων dogmaticorum propheticorumque librorum: ita etiam alia, quae nonnullis offensioni fint, non deficerent. Quid enim? annum hoc modo singula capita conuenire statui singulorum, nec occurrere permulta deprehenderentur, quae easdem, cuiusmodi de pericopis querelae ortae sunt, redintegrarent? Si dies festi celebrantur, si alia sunt euenta, magnis Dei beneficiis memorabilia, capita et pensa, nunc maxime explicanda, non conuenient. Inter haec auditoribus exciderunt quae olim audierant, nec illa spes est, futurum, ut, si vel Neftorum sacrila assequantur, vnum illis caput denuo repetatur. Iam qui casu impediti sacram adire non possunt consociationem, audiunt saltem hanc, illam, particulam explicari, nec melius cum illis agitur, quam si pericopas auscultarent interpretantem. (III) Tandem etiam immutatio huius generis, vniuersa penderet ab Ecclesia. Nam auctoribus magistratus supremi i) statui eccl-

b) In libro de Textib. Original. i) Magistratum in rebus sacris potestas, inviolata defendi debet.  
Biblior. p. 644 Extat

clesiaſtico iudicandum eſt de ritu antiquo, ſancto, vtili, ac, prouti iam ſunt tempora, neceſſario; per tot Agen- das, et Conſtitutiones Eccleſiaſticas, per tot libros Litur- gicos ac Cerimoniales ſtabilito. Eo facto ſtatus politicus, quum ſententiam videt non inanem eſſe, nec impediſiri per has pericopas (velut olim ante ſacra iuuiaria, ) leſtio- nem reliquorum librorum Dei, fed eam iuuari, et ſtudi- um accendi Biblicum; tum diſcernit, et praecipit peri- copas retinere. Oeconomico ſtatu non aegre conſentien- te. k) Quum e contrario, qui, obtentu religionis emen- danda, ritibus ſacris, pie iuuiutis, et ſancte huic uſque

F 3 obſer-

Extat diuina lex Deut. XVII, 18. 19. Nec deſet locus in Nouo Te- ſtamento, qui eam ſtabilit. i Tim. II, 2. Exercuerunt etiam illud ius magiſtratus, a priuis inde temporibus Christianiſimi. SO- CRATES Prolem Lib. V, Hisſ. Eccleſ. p. 259, Ἀφ' ἐχειναι- τον, ait, ηὲ τὸν οἱ ἁγιᾶς τὰ τῆς ἐκκληſίας περιγράμματα ἡγένετο ἐξ αὐτῶν. A quo Imper- ratores cooperunt eſſe Christiani, res ecclieſiae ab iis deſpenderunt. Hoc nomine Theodosium Imperato- rem laudat AMBROSIUS, Orat. de eius obitu, Opp. T. III, p. 59; et a Concilio Moguntiacenſi Ca- roloſus M. verae religionis rector nuncupatus eſt.

k) Non impedit, quo minus regi- men ecclieſiae ad aliquam for- man gubernationis politicae ἀναλογίας componatur: quam- uis illius ſtatus, Arifocratius, di- uerſus fit aliquanto a ſtatu poli-

tico. Magiſtratus vero ſupremus ſi quid immutare in ritibus ecclieſticoſi uicipliat, conſciencia te- netur, conſilere viros intelligentes Minifterii facri, Confiliarioſque ecclieſticoſos, et Theologos Academiarum, vt duclu literarum ſacrarum, aut ex rei na- tura, dioceſeos ac paroeciae ecclieſiarum genio et indole, cognō- ſcant, ac veritatem propugnent. Magiſtratus item oppidorum, et qui curam ciuium gerunt, neceſſe eſt ut de negočio iudicent, et aſſentiantur. Vid. BENEDE- CARPOZOVIVS, Ictus, Electo- ris Saxonie Confiliarius Intimus Dresdensis, Lib. II, Iurispr. Con- ſift. Def. CCXLVII, §. 14, et IOH. BENEDE. CARPOZOVIVS, Theo- logus Lipſiensis, in praefantifimma Diſſert. de iure decidendi Controu. Theolog. (Vol. Diſpp. p. 1271 ſeq.) §. 5, et Th. XIII, p. 1297

XXXXVI DE NON ABROGANDIS PERICOPIS

obseruat̄is, repugnant, qui *πετηνοι* ecclesiasticum oppugnant, ac se ingerunt et obtrudunt in res nouas sine interna potestate; hi ecclesiam, et fratres praecipue imbecilliores confundunt atque turbant, nec effugiunt vitium *αλλοτριοεπισκοπιονικον*, 1) a quo cauere iubet PETRVS, 2) Epist. III, 15

XIII

QVIN et ipsi nostrae ecclesiae libri symbolici (quis autem nescit, quam arcte obligemur auctoritate illorum?) in sententia quam defendimus, nos confirmant. En verba AVGVSTANAE CONFESSIONIS: m) De ritibus ecclesiasticis docent, quod ritus illi seruandi sint, qui sine peccato seruari possunt, et profunt ad tranquillitatem et bonum ordinem in ecclesia, sicut certae feriae, festa, et similia. Mentionem quidem pericoparum Euangeliorum et Epistolarum hic non fieri claris verbis, omnino damus. Sed annua tamen expositio harum particularum in ritibus etiam ecclesiasticis refertur. Qui sane ritus nonne istiusmodi est, vt seruetur sine peccato, et ad tranquillitatem, ad bonum in ecclesia ordinem, prospicit? Quidni igitur institutum tale, si conseruetur auctoritas librorum symbolorum sarta incolunisque, in ecclesia retineatur? Idem libri quum praecipiunt de retinendis diebus festis, etiam pericopas Euangeliorum et Epistolarum simul comprehendunt. In CATECHISMO enim MAIORE n) haec leguntur: Ceterum hanc partes (Christi passionem, et alia, intelligunt.) sigillatim tractare, huic compendio et pro pueris instituto sermoni non conuenit, sed prolixis

con-

l) Conf. FRID. BENED. CARP-  
zovii, Icti quondam Viteber-  
genfis, Dissert. de 'Αλλοτριοεπι-  
σκοπικαι Iureconsultorum. (Viteb.

1743) in qua multa egregia oc-  
currunt

m) Art. XV, de Ritib. Eccles-

n) Artic. II Symb. Fidei, p. 495

concionibus, quae per totius anni circulum habentur, praesertim in temporibus, quae talibus, prolixiore sermone tractandis, destinata sunt, de nativitate, passione, resurrectione, ascensione Christi, etc. o) Non igitur fas neque liberum esto Diaconis et ministris verbi diuini, textus, diebus Dominicis ac festis explicandos, proprio feligere arbitratu. Illo facto in disciplinam ac ritus ecclesiae impingunt, et in censuram ipsorum Praefulsi ac Superintendentis, (cui vni, quod Diaconis interdicitur, id permittitur subinde ob graues caussas,) iure ac merito incurunt

## CAPUT III

ARGUMENTA SECVS PVTANTIVM  
DE PERICOPIS, EXAMINANS, ATQVE AD  
ILLA RESPONDENS

## ΣΤΝΩΨΙΣ

XV. Obiectio prima, *syllogen pericoparum, institutum indoctum, et, cuncta penja esse praeue aulsa a contextu, repellitur*

*ricopas non conuenire hodierno statui ecclesiae, et, plebis atere superstitionem, occurritur*

XVI. Obiectio alia, *multa fidei ac morum capita his in pensis negligita esse, et alia autem præter rem repetita, diluitur*

XVIII. Obiectio quinta, *has portiones desidiam pastorum atere; fastidium coetibus excitare; ac tollere ecclesiae libertatem, infringit*

XVII. Exceptio tertia, *codicem integrum librorum sacrorum e manibus Christianorum eripi his particulis, confutatur*

XX. Exceptiones reliquae, *pericopas in reliquiis Papatus referendas; alias nimis esse prolixas; alias turbare historiam sacram; quasdam non conuenire diebus Dominicis; tolluntur*

XVIII. Objectioni quartae, pe-

## XV

o) Pluribus de eo exposuit C A S P.  
LOESCHER Diff. Anti Caluin.

*de Pericop. Euang. et Epist. §. XX,  
p. 16*

## XV

**D**EDIMVS sententiam nostram, et quibus feramur caussis de pericopis retinendis, exposuimus. Iam agite, quae ab his qui secus sentiunt argumenta obiciantur, videamus. Nobis res est cum aduersariis subtilibus, saepe astutis armis, saepe telis medicatis, decertantibus. Nihil quidem dicemus de irrigoribus et empaectis religionis nostrae, de CHRISTI DEMOCRITO, p) et illo prodigioso ac stulto terriculamento, EDELMANNO. q) Acutiores adsunt, non solum in coetu Reformatorum, IOH. CALVINVS, r) RVD. GVALTERVS, f) IODOCVS NAHVM, t) SIXTIN. AMAMA, u) GVIL. AMESIVS, x) IOH. HOORNBEECK, y) GISB. VOETIVS, z) aliique; a) sed etiam nostrarum

tes

- p) In den unpartheyischen Gedanken, p. 14 seqq. Hunc DEMOCRITVM ex instituto castigavit IVST. VVESSEL. RVMPAEVS, Diff. Inaug. p. 45
- q) In absurdia Epif. I S. Harenb
- r) Defens. II contr. IOACH. VVESTPHALVM, de Sacram. Fid. piae et orthodox. Opp. T. VII p. 788 a, ed. Geneu
- f) Homil. II in MARC. XIII
- t) Praefat. Postill. p. 5
- u) Orat. de Barbarie, inserta Antiturb. Bibl. p. 3 a
- x) De conscientia et eius iure vel casib. Lib. IIII, Cap. 26, Quæst. 2, p. 325
- y) Miscell. Sacr. Lib. I, C. 8, §. 3, Quæst. 3, p. 228
- z) Polit. Ecclef. P. II, L. 2, Tract. 2, Sect. 2, Cap. 3, p. 609 seqq

- a) Reformati fuerunt prihi, qui pericopas graui censura notarunt, et eas ex ecclesia remouendas esse voluerunt. Impetrarunt etiam, ut in Gallia, in Anglia apud Presbyterianos, in Belgio, et Germaniae quibusdam locis, ut Berolini, pericopis abrogatis, nunc libere textus alios eligant. Eorum rationes examinavit CASP. LOEISCHER, Diff. Anni Calvin. de Pericop. Euang. et Epif. habit. An. 1668 in Synod. Sonderhus. et recul. Vitib. 1721. Add. S. Reuer. IOH. GEO. VVALCH, Relig. Streitigk. außer der Euang. Luth. Kirche, P. III, p. 420. Mandatum Sereniss. Electoris Brandenburgici, concionibus explicandos esse alios textus scripturæ sacrae, loco Euangeliorum et

EVANGELIORVM ET EPISTOLARVM XXXXVIII

tes inter theologos PHILIPPVS ille IACOBVS SPERNERVS b) ἵδελθησκεια καὶ ταπενοφροσύνη infecit multos. Pertinet hoc illud sanctulum caput, haereticorumque intercessor, GOTTFRIDVS ARNOLD. c) Huc alii referuntur, docti ceterum viri, quorum nec honori nec meritis quicquam detractum cupimus, IAC. DORNKRELLIVS, d) HENR. MVHLIVS, e) CHRISTO. MATTH. PFAFFIVS, f) IOH. IAC. RAMBACH, g) HENR. LVDOL. BENTHEM, h) CHRISTI LIBERIVS, i) PETRVS HERSLEB, k) AD. DIETER. ORTMAN: l) et quis omnes nosceret, abrogandarum, certe immutandarum, particularum, auētores et consultores? Quibus tamen adiicimus SAM. STRYCKIVM, ICtum, m) et IOH. HENR. THAMERVM: n) omit-  
 ob si est q̄d memoriā amissi  
 et Epistolarum, legitur, in der fortgesetz. Sammlung, An. 1722,  
 p. 551  
 b) In Praef. des Thätigten Christenth. Conf. EIVSD. Praef. der Euang. Glaubenslehre §. 2: nec non, Theol. Bedenk. P. III, C. 6, Sect.  
 26, p. 178  
 c) Kirch- und Ketzerhistorie, P. I, Lib. 9, C. 2, §. 5, p. 310. Contra ARNOLDVM defendit pericopas IOH. MART. SCHAMELIVS in Vindic. Euangel. p. 68  
 d) Biblior. Harmon. P. VIII, p. 96.  
 97. Aduersus quem SCHELGVIT. GIVS egit, peculiari schediasm. Concionum Ecclesiasticar. Reformatio Dornkrelliana, Gedani 1696, 4  
 e) De zelo & uer' ἐπίκυρωτιν, p. 164 f. MVHLIVM confutavit THEOD. DASSOVIVS, in Vcrit. Vietric. p. 84

f) Origin. Iur. Ecclesiast. Cap. IIII, Faſc. 3, p. 223  
 g) Praefat. ad VVIDERI Conciones quasdam Teuton. (Norib. 1735)  
 Add. EIVSD. Erläuter. über die Praecepta Homilet. G. II, §. 3,  
 p. 55 seqq.  
 h) Holländ. Kirch- und Schulen-Staat, P. I, C. 8, §. 5, p. 258  
 i) Untersuch. von den Conventual-Rechten der Euang. Kirch p. 16  
 k) In den erbaulichen Reden, P. I, p. 95  
 l) Betracht. über die Gleichgültigk. gegen die unterfcb. Arten der Relig. (Lignit. 1750) p. 205  
 m) Diff. de Iure Sabbati Cap. IIII, p. 131 seqq. Num. 150. Huic ICti dictaturam infregit, hac parte IOH. BASIL. FLEVTER, in Historisch. Catechism. p. 207 f  
 n) Schediasmate iam aliquoties ad-  
 ducto, G

timus reliquos. o) Ac illi quidem omnes obiciunt prope eadem, nec diuersa, momenta, paucis nunc recensenda, et diluenda absque animi acerbitate. *O quam indecite, dicunt, et quam egerunt imprudenter, pericopas qui selegent!* Nam pleraque a contextu abruptae, et sine iudicio auulsa sunt, nec verus earum sensus perspicitur. Saepe a praecedentibus dependent verba, saepe cum consequentiis cohaerent, quae hic inepte omessa sunt, atque neglegta. Adeo putidum est, ut literae sacrae mutilatis sic partibus turpe continentur.

SCITO T E, lectors, esse his, qui aestum quorundam theologorum, pro vero pugnantium, accusant, in more positum, traducere istos acerbe, et horum mentem atque enuntiata suggillare. Idque eo plerumque asperius crudiusque, quo sanctiorem pietatis formam prae se ac faciem ferre accusatores tales, externe simulant. Non aliud

*dueto*, primum Ienae edito 1716,

4) Conf. Diff. nostram, p. VI,  
lit. o. Adde, quae de THAMERO, (Superintendent Hildburghausano,) et de hoc libro scripsit DUNKELIUS, Hist. Crit. Nachr. v. verbor. Gel. Vol. I, P. 3, p. 508. Ad hoc Caput III Differt. nostrae, praecipue pertinet THAMERI Caput II, de dignitate utriusque generis pericoparum, in quo acerbus ac nimius earum reprehensor est. Cuius rei causa quam in iustam multorum censurem incurrit, purgare annis est institutum sum, scripta quadam Epistola ad Amicum, Altenburgi edita An. 1718. (4. I plag.) In hac Epistola id egit THAMERVS. Fassus est, men-

te non mala se egisse, et malle potius sententiam reuocare, quam imbecilliores offendere. Adiecit, Evangelicos et Epistolicos textus non intolerabiles esse, et se didicisse aduersam sententiam a theologis quibusdam Academicis. Tandem petiti veniam apud omnes ob eam rem, promisique, se tum in refinendis libris symbolicis, tum ritibus ac constitutionibus ecclesiasticis, tenacissimum futurum. Recensetur Epistola in Vinschuld. Nachricht. A. 1718, p. 536

o) Recentiores controversias exposuit S. REU. VVALCHIVS in den Relig. Streitigk. der Euang. Luth. Kirch. P. II, p. 548 sqq. P. V, p. 874 f.

aliud euenit in hac lite, de qua loquimur. Tantae enim caelestibus illis animulis irae sunt, vt rem *ineptam*, *indolentiam*, *imprudentem* dicant institutum pericoparum, et vt earum defensores pungant (vt vidimus,) inuidiose. Nos interim parum curamus iniuriam hanc, sed suademos, velint *οἱ ἐπαυτίς* recolere animo sincero, quae sequuntur. I) Nemo dicet, sacras esse literas mutilatas, quam aliquod pensum, aut verba aliquot sua eximuntur de sede, et signillatim exponuntur. PETRVS enim, vt eo vitar, (A&t. II, 16,) libros non mutilauit IOELIS vatis, dum Iudeis Hierosolymitanis concione exposuit Pentecostali saltem pericopam, ex prophetae capite II, versibus 28-32 desumptam. Quidni liceat, historiam sacram, et placita diuina scilicet passim ex codice sacro, et ea seorsim explicare? Pensata si minora decerpuntur, euellantur necesse est a contextu. p) Nec fieri potest aliter, si tota pericope exponi sermone uno sacro, et una homilia, debet. II) Sed quia haec nullius, seu Reformatis ille in doctoribus seu nostris habetur, generatim diffitebitur, redibit omnis res ad συλλογὴν nostrarum pericoparum, diebus festis Dominicisque speciatim receptarum. Atque hic prolixam contextunt te lam, et fabulas narrant longas, qui aduersantur. Euangelia percurrent singula, Epistolas singulas, diebus festis ac Dominicis vfitatas, et demonstrant regulis philosophicae exegesis, scilicet perquam subtilibus, auulsa male et perperam discripta esse pensa, tantum non omnia. q) Si per illos stetisset hoc negotium, cuncta fuissent accusati

## G 2

ratius

p) Id agnoscit, et laudat adeo,  
GVL. AMESIVS, Lib. de Con-  
scient. et si. Caffb. IIII, 26, Qu. I  
q) THAMER, Lib. cit. Cap. II,  
quoad Euangelia, Scff. I, §. 10,

p. 124 - 131; et quoad Epistolas,  
Scff. II, §. 2 f. p. 149 - 157. Add.  
IVST. VVESS. RVMPAEV<sup>S</sup>,  
Commentat. Crit. ad libros N. T.  
§. 39, p. 190. 191

ratio selecta, cuncta pulchrius in ecclesiam Christi introducta. At si dicendum quod res est, nimii profecto sunt in premenda aliqua culpa, quam in paucissimis saltem valere pericopis, non negamus. r) Neque enim est tanta pericoparum, prae a contextu separatarum, multitudine, quanta fингitur ab iisdem. Huc perperam referuntur, quae *mediate* quidem cohaerent cum contextu, sed non *immediate*. Quid intereat, si etiam antecedentia aut consequentia, idem, quod pericope exponit, argumentum contineant, si modo sensus ipsius pericopae intelligatur etiam sine illis? Quid enim? nonne pensa feligi multo prolixiora debuissent, quum de re eadem plura saepius capita exponant? Institutum autem maiorum fuit, breuiora decerpere, ut populus eo melius exaedificetur. f) III) Quodsi vero quam maxime daremus istis quae postulant, illud parum tamen eos iuuaret. Nonne enim offensiuncula talis ob lectionem pensi a textu abrupti, tollitur idonea interpretatione, a doctore ecclesiae afferenda? Nam minister verbi diuini nexum et copulam qua vtrinque clauditur pericope, concioni exponit, et clauem suppeditat, ut omnes mentem cuiusdam pensi

per-

r) Eius generis haec sunt. Die dominica I. Adventus, pericope ex Matth. Cap. XXI, a versu i usque ad 9 legitur, quas extendi debuit usque ad versum 11. Dominica Septuagesimae initium Euangeli ex Matth. XVIII, 27-XX, 16, non a capite XX, 1-16, faciendum fuit. Die festo II Pentecostes, Euangelicum ex Job. III, 16-21 legi solitum, pertinet totum ad antecedentia, quae die festo S. Trinitatis exponi solent.

Die festo S. Michaelis Matth. XVIII, 1-11 sermo Christi discerptus est, usque ad versum 14 continuandus. cetera. Similiter textus Epistolicos dilaceratos esse, praeter SANDHAGENIVM ostendit b. IOH. FRID. MAYER, Museo Ministr. Eccles. T. I, P. II, §. 5, p. 193 f.

f) Longiuscula tamen pericope est, quae die festo Iohannis baptistae ex LVCAE Cap. I praeclegitur

perspicue assequantur. III) Denique illud adhuc adjiciam. Theologi nostrates uno solent ore fateri, Deum claritati literarum sacrarum, aliquam hinc inde umbram obscuritatis sive difficultatis t) admisuisse; illiusque sapientiae caussas afferunt non contemnendas. Quidni coniiciamus, pio institutum esse consilio a conditoribus pericoparum, ut quaedam illarum habeant quasi umbram alicuius obscuritatis, dum patet connexionio non statim? Ita enim assidui lectores diuinorum librorum, acuuntur magis in suo studio, et nanciscuntur occasionem, iussionem Christi perficiendi, ἐρευνᾶτε τὰς γέγραψας. Ioh. V, 39

## XVI

SED PRAETER haec solent plura excipere, qui nostras portiones Euangeliorum et Epistolarum abrogatas mallingent. Dicunt, non pauca esse, et ea quidem pergrauiā, fidēi ac morū capita, cognitu ei, amore qui salutis fertur, necessaria, omissa tamen hic et supine neglecta. E contrario, in pensis praecipue Euangelicis, occurrere alia vitiōse repetita, quorum in locum utiliora surrogari magisque necessaria, (si modo cerebrum prisci conditores habuissent,) conuenisset. Hoc est geminum telum, habens cuspidem, ut illud Hectoris. u) Et quum nihil debeat contemni in hoste, utramque nos accusationem caute retundamus. Quod igitur ad primam attinet infestationem, nempe necessaria multa negligenter omissa esse, hanc illi vario mo-

## G 3

do

CAMP. VITRINA in Typo  
Doctr. Prophet. P. III, C. I, p. 167,  
vbi de obscuritate sermonis propheticī agitur

i) Melius esset, non adhibere vocem obscuri, si fieri posset, nam ita multorum accusatioi obuiam iretur. Interim si dextre interpretanum vocabulum, faciles sumus in voce, modo in re ne eretur. Leg. AVGVSTINVS de  
Doctr. Christian Lib. II, C. 6. Vid.

ii) Apud HOMERVM, Iliad Y, 437.  
Δεσποι οὐαλῶν ἐπεικαὶ ἐμὸν οὐαλος  
ξὺ πάροιθεν

do conantur euincere. In *Evangeliis*, obiiciunt, *x)* nec doctrinae de imagine Dei, nec illius de lapsu primorum hominum, de plenaria nostri generis depravatione, peccatorum de numero et grauitate, de officio sacerdotali Christi, nec crucifixione carnis, sui abnegatione, vetere ac nouo homine, aliisque pluribus, fieri mentionem vlam. *Epistolas* vero plerasque pertinere vnicet ad legem, paucas solatium de fide in Christum ex instituto propone. *y)* Sed euanescet haec culpa statim, si modo ea quae antea a nobis dicta sunt, et fusius monstrata, reperiantur. Nam haut piguit nos supra, *z)* magnam copiam adduxisse locorum his in portionibus contentorum, e quibus euictum est, tum omnia fidei capita iis inesse, tum etiam

*x)* Nostris, qui ita sentiunt, *SPE  
NERVS* praedit, *Praef. des thätig.  
Christenth*

*y)* Negandum non est, ipsum magnum *LUTHERVM* nostrum aliquando in hac sententia fuisse. *Opp. T. III Germ.* p. 463 (ed. Altenburg.) sic scribit: *Es ist noch nicht Zeit, dass man eine Neuerrung anfange, weil man keine christliche liebet. Doch, weil selche Stücke aus dem Episcopu Pauli selten gelesen werden, darum der Glaube gehabt wird, sondern am meistern die, so außerlichen Handel und Ermahnung fürhalten; so dass man wohl merken kann, dass der, so sie angeordnet hat, sehr ungleich gewesen sey, und gar zu viel an den Werken gehalten hat: hätte sichs wohl gebühret, dass man die Stücke vornehmlich zu lesen verordnete, darum der*

*Glaube an Christum gelehret wird.* Interim, quicquid illius fuerit, tamen Epistolae hac seruari possunt. Nam, *1)* quia opera bona perfecta non sunt sine fide; occasione bonorum operum commode agi potest de fide, vt pote fonte eorum. *2)* Praeterea etiam alia ex his pericopis Epistoliarum utilitas emanat. Quum enim *Pontifici* accusent nosros, quod bona opera prohibeant, sola certe lectio Epistoliarum dominicalium iniuriam hanc propulsat. Denique *3)* discriminem est non leue inter Epistoliarum *selectionem*, ut quae accurior esse omnino potuisse; et inter *selectionarum explicacionem*, ut quae recta est ac utilis, certe debet

*z)* Vid. *Diss. nostrae Cap. II, §. 3,  
g, iv, p. XXV-XXXVI*

etiam inculcari omnes *virtutes* Christianas, et quicquid ad Legem et Euangelium pertinet, contineri. Id sicut omnino est certum, ita etiam hoc; nempe separari non debere pericopas utrasque, sed inter se esse coniungi. Tum enim patebit, doctrinam quandam, quae fortasse non tam clare nec copiose traditur in *Euangelio*, sufficienter in *Epistolis* proponi, a) et contrarium eodem modo. Fac denique, (quod tamen neutiquam largimur,) esse quedam his in pensis praetermissa, illa tamen ab ecclesiae ministro possunt facile suppleri, et commoda alia occasione concionibus eparrari.

NEC PORRO difficile est, respondere ad *secundam* obiectionem. Contendunt, esse, in primis in *Euangeliis* pensis, multa vitiouse repetita, quorum in locum utiliora substitui melioraque decuissent. Praecipue male eos habet, primo, quod commemoratione miraculorum Christi, pericopae *quatuordecim* referatae sunt, quarum nonnullas, vrgent, perparum inter se differre. Deinceps, quod pericope ex *Matthaei capite XXI, versib. 1-9* defumta, bis uno in anno, nempe *Dominica prima Adventus*, et *Dominica Palmarum*, inepte (vt aiunt) praelegitur; ac si deficerent textus alii scripturae sacrae! Orem absurdam! (ita THAMERVS intonat, b)) materias semel propositas praeter necessitatem iteramus! et alias maxime necessarias plane omittimus! Satin? salve? quid audio? Absurdumne est, quae sumus, de miraculis Christi frequenter cogitare, et illa concionibus proponere? Ine-

ptumne

a) Quum enim, vt eo utar, non agitur in *Euangelio* ex instituto de imagine Dei, nisi κατὰ τὴν διάνοιαν (vide quae dicta sunt ad §. VIII, Lit. r, p. XXXI,) ita

b) vicissim primaria habetur sedes huius doctrinae in pericopa *Epistola*, Eph. III, 23 seqq. Atque ita etiam in reliquis valet

b) Lib. cit. II, 1, §. 18, p. 140

ptumne est, ope eiusdem textus, memoriam aduentus Christi in carnem, et item memoriam aduentus Christi ad supplicium, recolere? Sunt autem etiam alia, secus putantibus reponenda. Nam *primo*, quod ad miracula attinet, quot vero salutares, quot res maximi momenti fluunt ex illorum recensione! Doctrina de attributis Dei, de prouidentia Numinis, de diuinitate Iesu ac eius religionis, de fide, precibus, et officiis in calamitate, innumerisque aliis rebus sancte obseruandis, ita, ut satis inculcari miracula Seruatoris non possint. *c)* *Deinde*, quod pericope, ex *Matthaei capite XXI* desumpta, uno in anno bis paelegitur, parum video quid impediat. Interim errant tamen, quum dicant, singulis annis explicari bis hoc Euangelium. Nam quoties dies festus Annunciationis Mariae incidit in diem *Coenae vel Passionis Domini*, vel *Sabbati*, vel in ipsas ferias *Paschales*, reducitur ille in *Dominicanum Palmarum*, et Euangelium ex *Lucae capite I, versib. 26-38* exponitur. *d)* Quodsi autem tamen eueniat, ut Euangelium de ingressu Christi Hierosolymitano repetatur eodem anno, sciendum est,

*e)* Miracula Christi et primitivae ecclesiae erant extraordinarium medium conuerionis: testimonia verae doctrinae, quoad infideles: doctrinae *Georgerius* firmamenta. Leg. *GISB.* *VOETIVS.* *Disp. Sel. P. II de Mirac. p. no22.* Hodie ergo quum nulla amplius iactemus miracula, vel expectemus; (nam doctrina, ab illa Christi et Apostolorum alia, non proponitur, sed illa ipsa antiqua, miraculis olim illustrata:) hanc ob causam iuvat saepe re-

peterre miracula Christi; atque id in primis concessionibus inculcare, posse etiam fidem esse sine signo hoc, nec gloriam miraculorum necessario connecti cum *æcclesiæ* ecclesiae

*d)* Præcipue ita sanctum est in Saxonie, auctoritate Electorum et Principum. Olim quidem, quoties *o Xεργίτης* incubebat hebdomadē *Passiorum*, aut septimanam in *Albi*, pridie *Palmarum* celebrabatur. Vid. *S.C.H.M.I.D.* *Hist. Fest.* et *Dominic.* p. no

*aduentum Θεοῦ πάπερι* his duabus Dominicis diuerso modo considerari. Nam dies *Dominica Aduentus* nominatur quidem ab *aduentu Seruatoris in carnem*; non autem propterea, quod eo tempore natus sit Christus, sed *quod Dominica isthaec praecedat festum Nativitatis*, et admoneat Christianos debitae *praeparationis* ad excipendum Immanueli. Hanc autem *praeparationem* contenta Euangelii pulchre iuvant. e) Proprie autem inferuit hoc Euangelium diei *Dominicae Palmarum*, quae **AMBROSI** *Dominica in ramis oliuarum*, et **BALSAMONI** *ramifera, palmiferaque Dominica* nominatur: f) ut quae nomina a frondibus palmarum et oliuarum deducta sunt, quas populus Christo seruatori, Hierosolymas ingredienti, in via strauit

## XVII

- e) *Commate oītāuo.* quin homines suis vestimentis consernent viam, et abscessos ex arboribus ramos per viam sternerent cet. Ceterum, ex proposito se debite *praeparandi* ad natalem Christi, etiam ritus desumitur abstinentiae a nuptiis, per tempus Aduentus Christi. Conf. I. A. SCHMID. l. c. p. 34: et Celeberr. IOH. MATTH. GESNERI, Gotting. Acad. h. t. Prorectoris Magnifici, et literarum humaniorum statuoris, *Diff. de ritibus quos Romana Eccles. a maioribus suis, Gentilibus, in sua sacra transstulit*, Cap. II, §. 2, p. 24
- f) Conf. praefertim GVIL. DVRANDI *Rational. Diuin. Offic. Lib. VI*, c. 47 de *Dominica in ramis Palmarum*, p. 325 a. (ed. Lugd. 1605, 8) Obiter addo, non

conuenire inter eruditos de scriptione nominis, huius ICti. *Vulgo Durandus* scribitur. A nonnullis *Durantus* vel *Durantes*. Cel. GESNERVS, *Diff. cit.* p. 37 putat, accuratores scribere *Durani*, ac ita haberi nomen in editione Vicentina *Rationalis*, anno 1478. At enim vero, adhuc antiquior editio, Moguntina, per IOH. FVST ET PETR. SCHEFFERVM anno 1459 impressa, (qui Cod. membranaceus, elegantissimus, in *Biblioth. Boerneriana* p. 228, pro quinque et triginta thaleris venditus est,) habet tamen *Durandus*. Et sic editio etiam *Lugdunensis*, ab Excell. KEVFFELIO, Praeceptore et quondam Hospite nostro pie collendo, humanissime nobis communicata, legit

H

## XVII

INSTANT formidine multa aduersarii. *Manibus*, dicunt, *excutitur*, *deleturque ex animis plurima pars diuinorum librorum*, per has pericopas. *Impeditur*, quo minus *sacra scriptura publice integre paelegatur*, et agitur contra Dei et Christi mandatum. *Aduersus morem ecclesiae veteris impingitur*. *aduersus finem diuini verbi, literis consignati*. Facile augeri possunt et constipari incusationes ac querimoniae, si bene non cupimus rei alicui. Sed omnino salua res est. Neque enim, etiam his ditteris, aliquid decedit integratitati caussae optimae. Nam, quod obiiciunt, I) libros sacros e manibus eripi istis particulis, huius vim argumenti ac robur, ipsis sentiunt, esse exiguum ac nullum. In explicandis enim Euangeliis et Epistolis singulis id agitur, vt multi alii loci literarum sacrarum adducantur, et coetibus Christianis laudentur. g) Quo ipso studium accenditur scripturae sacrae: tantum abest, vt infringatur, vel imminuat. Fac enim, ordine ac serie, quamcunque aliam malis, libros paelegi sacros, si qui priuata eos industria non euoluant, neque medi-

g.) Hodie quidem, in omnibus prope pagis oppidulisque, orbis Christianus tanquam diluvio inundari coepit, grandibus Iupiter oratoribus sacris, qui verba sequipedalia et ampullas instant philosophicas, nempe vt rustici ac plebeculae tanta miracula sapientiae pastoralis (haec miracula, ipsi, ne quis erret, concionatores sunt,) admirantur ac stupeant. Itaque per pauca ab his loca diuinorum librorum adduci solent, et concionibus explicari. Sed id pessime omnino.

Etsi enim parum probari videatur superstiosa eorum diligentia, qui vnicce ex dictis scripturae sacrae corradunt suas homilia, et propriae meditationi officiunt; tamen filius orationis sacrae verba requirit sancta, Deo digna, et filio scripturae sumillima. Atque id vt eo melius promoueat, explicanda sunt dicta difficultiora. Sed quaenam laudabilior est meliorque interpretatio, quam ea, quae ex facilioribus locis alios impeditiores euoluit

meditentur, parum inde sentient vtilitatis: non magis ac literarum studiosi, qui doctoris quidem institutione vtran-  
tur, propria diligentia atque meditatione neglecta. II) Quis non miretur, ritus afferri et morem ecclesiae pri-  
mitivae, ac dici, lectionem *totius* scripturae sacrae, anti-  
quitus vstatam, a nostratis contemni; ipsos vero  
morem antiquum, a saeculo inde quarto iam coepit,  
praelectionem nempe hanc pericoparum nostrarum, im-  
pugnare, et reiicere? Solent profecto vplurimum mo-  
res ac ritus pristinos crepare, qui rituum ac morum pri-  
scorum satis admodum ignari sunt. Certum enim est hoc,  
primis temporibus, quum singulis diebus conuentus ce-  
lebrarentur sacri, vel ordinem esse Bibliorum seruatum,  
vel lectiones fuisse arbitrarias, temporis demum successu  
fixas, et stabilitas. h) Interim vix hodie vlla, vel me-

H 2 diocri

b) Primum omnium, Apostolos  
praecepisse, publice legendas esse  
ipsorum Epistolas in ecclesiis, ex-  
emplum PAVLLI docet ad cor.  
*III.*, 16, et i *THESS.* V, 27. Eu-  
angelia autem sine dubio et ipsa  
publice recitata sunt. Nam de  
MARCI Euangeliu testatur EV-  
SERIVS, *Hist. Ecl. Lib. II Cap.*  
15. Preissi deinde ecclesia vesti-  
gia pristinorum, scriptique Veteris  
Testamenti, ea, quae postea  
Apostoli et viri Apostolici insti-  
tuta Spiritus Sancti addiderunt,  
parte ratione adiecit. Id ex IV-  
STINO MARTYRE, *Apol. II pro*  
*Christian.* p. 98 (quem locum supra  
p. II adduximus,) manifestum est.  
Nonnunquam sectionem, quan-  
dam ex Prophetis preelegit, cer-

tis tamen limitibus nondum fini-  
tam, nisi quos tempus facis de-  
stivatum posuerat. Vid. TER-  
TVLIANVS in diuersis locis,  
principue *Apolog.* *advers. Gvnt.*  
*Cap. XXII,* p. 39. Atque ex his  
patet quod volumus, nempe pri-  
mis temporibus lectiones vel ar-  
bitrarias fuisse, vel ordinem Bi-  
bliorum certas per sectiones ser-  
uasse. Tales *lectiones*, ab ORI-  
GENE appellatae sunt Συνα-  
γόνεις, item Αναγνώσκεται  
et ratio horum nominum in lo-  
cis PAVLLI modo laudatis de-  
prehenditur. Conferatur PETR.  
DAN. H VETIVS, in *Not.*  
*ad Origen.* p. 8 et 18 seqq. Postea,  
diebus festis Paschalibus peculia-  
res lectiones, de resurrectione  
Chri-

diocri saltem in oppidulo, ecclesia erit Lutherana, in qua non singuli libri sacri coetibus praelegantur, aliis extra dominicum diebus; adeo, ut hoc praesidium aduersariorum tam leue sit, vt potius inuertamus arma, quibus contra ipsos vtamur. III) Tandem, num serio agunt pericopoclastae, quum has portiones contendunt *aduersus finem esse totius scripturae sacrae?* Nos quidem fatemur, intelligi satis vix posse infestationem hanc. Quodsi autem existimant, etiam Mosen, prophetas, et singulos diuinos libros publice legendos esse, excipimus contra: τὸς ἐξ ἑαρτιῶν vel parum cogitare, Euangelii Epistolique haut paucos inesse locos, qui Veteris Testamenti enuntiata, Mosen, et vates interpretentur, i) vel malle data opera contra dicere

## XVIII

Christi agentes, assignatae fuerunt in nonnullis ecclesiis. Et quamvis HIPPOLYTI duo laterculi *Pafchales*, supra pag. VII a nobis adducti, qui aliquot particulas illis Dominicis praelegendas referunt, de eo tacent; constat tamen ex multis Patrum homilias, illud factum. Sequenti tempore in aliis festis maioribus pericopae certae definitae sunt, sicut ex ATHANASII, CHRYSOSTOMIQUE concionibus elucescit. Tandem non solum festis diebus, sed etiam reliquis Dominicis singulares lectiones dicatae fuerunt, vel ex Psalmis, vel aliis libris sacris defumtae. Quid, quod aliquando etiam libri Apocryphi, et falso conficti, irrepererint publica lectione? Tale est *Protevangelium IACOBI*:

*Euangelium PETRI et eius Apocalypsis: HERMAE Pastor: CLEMENTIS Epistola ad Corinthios: de quibus conf. EVSEBIVS Hist. Eccl. VI, 12, p. 213. SOZOMEN. H. E. VII, 19, p. 735.* Idem homines etiam EPHREEMO SYRO delatus est, quem HIRONYMVS, Catal. Script. Eccl. Cap. CXV, refert, ad tantam venisse gloriani, ut eius scripta, post lectionem scripturae faciae, in quibusdam ecclesiis recitata essent. Sed haec obiter. Leg. IOACH. HILDEBRAND. de Concion. Vet. Cap. III, §. 6. 108. BINGHAM Orig. et Antiqu. Eccles. Vol. VI, 14, 3, §. 4, p. 64. I. A. SCHMID. Progr. de primitiu. Eccl. lectionibus. Helmst. 1697

i) Permulti occurruunt loci in Evangelio, ad dicta Vet. Testamenti

## XVIII

QVALE autem est illud, quod praetendunt, has partículas statui quidem et aetati priscæ ecclesiae, hodiernis autem nec rebus nec temporibus conuenire, et esse adeo impedimento, quo minus doceant ministri verbi, quae coetum vtilitati accommodata sint? Iam ex his quidem, quae supra dedimus, k) certum est, quum saeculo quarto et quinto Ariana haeresis graffaretur, maxime profuisse eiusmodi partículas diuinorum librorum, quae deitatem Christi euincerent ex miraculis. Sed oppugnata deinceps et superata infania hac, dici tamen non possunt hodie parum eaedem conuenire. Nam, et si Arianorum veneno Christianus orbis purgatus videatur, saeuit tamen in praecordiis eius infesta FAVSTI AC LAELII SOCINORVM proles, quae Neo Arianos, l) Neo Photinianosue, infelici excludit partu. Immo etiam iuuat, pericopas de miraculis explicare, nempe ut *Naturalistæ* quorum non par-

H 3

ius

ti respicientes, qui esse occasione possunt, haec dicta interpretandi. Huiusmodi loci statim nobis occurunt Matth. XI, 5. XXI, 4. 5. Ioh. VI, 14. X, 12. vt alios omittamus. B. IOH BENED. CARPOZOVIVS in *Concionib. Iesaianiis*, nec non in *Harmonia Euangelico Biblica*, occasione Evangeliorum, tum Iesaiam vatem, tum permultos locos V. T. expofuit, intelligentium laudem ineruit.

k) Conf. Diff. nostræ §. VI, p. 18. 19

l) Socinianorum praecursores, præter Ebionis et Cerinthi blasphemias, iam Apostolorum aetate

in Christum iactas, fuerunt Ariani, Photiniani, Macedoniani. quibus adiici potest Paulus Samotrensis. Vid. CASP. NEVMANN, in libro utilissimo *Trutina Religion. Cap. VI, §. I, p. 389*; de quo libro addere licet ὡς ἐν τραχόλῳ, NEVMANNI laborem sedulo discernendum esse a Notis M. MAVRITII CASTENS, editoris. In Notis multa inepta, indocta, et nugatoria occurunt, velut dudum obseruauit REIMMANNVS Catalog. Syst. Critic. Bibl. Theol. p. 49. Sed ipse NEVMANNI liber multa cum cūq; ēcīa scriptus est, neque aliquid, iure quo reprobandas, continet

uus hodie numerus est, confutentur. Hi enim miracula vi naturae posse, et ex caussis fieri naturalibus, contendunt; et, quae in sacris descripta sunt literis, extenuant ita, ut quod naturam transgrediatur, nihil inde remaneat. PETR. sane POMPONATIVS, *m*) BEN. SPINOZA, *n*) BERN. CONNOR, *o*) ISAAC. PEIRERIVS, *p*) NEH. GREVIVS, *q*) CHRISTI. DEMOCRITVS, *r*) et, ex Iudeis, R. ABEN ESRA, *s*) plures nacti sunt sectatores, quam quis credat. Ipse VVILLIAMVS FLEETVWOODVS, *t*) theologus Anglus, satis recte non scripsit de miraculis, ac naturae tribuit tantam viam, ut docuerit, miracula per extraordinarium cursum naturae fieri. Hanc prauam corruptricemque repellere nationem, et alios autem abducere ab hac insipientia, aequum est, nec auxilio particularum sollempnium succedit male. Praeterea, sicut omnes literae sacrae tempore profunt omni ad virtutem ac vitam sanctam, nisi aliquis sibimet ipse desit; ita etiam hae sectiones Euangelicae. Quodsi enim interpres idoneus, τω αισθητικα habens γεγονωσμένα, *u*) ad explicandas eas accedit, rudes, sapientes, quibus augeant scientiam sacram, inde discunt. Ab inepto enim concionatore, *x*) si vel maxime diuersas ab his pericopis portiones explicabit, frustra aliquid sani audies.

LEVE etiam est hoc, si plebis dicunt *superstitionem* ali, his pericopis retentis. Plebs (pergunt,) hunc ritum eccl-

- m*) Lib. de Incantat. p. 182
- n*) Tractat. Theol. Polit. Cap. VI, p. 110
- o*) In Euang. Medic. Vid. B., v. E. LOESCHER, Praenot. Theol. p. 314
- p*) System. Praeadamit. Lib. III, p. 194 seq.
- q*) In Cosmolog. Sacr. Lib. III, Cap. 5. et Lib. V, Cap. 3
- r*) In Tractat. Wegweiser zum Licht und Recht in der Natur, p. 55-57
- s*) Illum adiicit LOESCHER l.c. §. 2, p. 315
- t*) Vid. FLEETVWOOD Inquisit. de Miracul. p. 114
- u*) HEBR. V, 14
- x*) Vid. IOH. HERM. AB ELS. VVICH, libro ad §. XX adducendo, Cap. VI, §. 9, p. 242

ecclesiae, tanquam institutum diuinum, colit; ac tribuit his particulis, quam reliquis sacris libris, efficaciam maiorem: estimat, crimen esse et piaculum magnum, illas abrogare. At tantam credere, esse penes maxime rudem posse incisum, id qui putet! Scilicet, libri diuini quemadmodum in manibus sunt plerorumque Christianorum, qui sua via inde solitaria hauriunt, subinde suauiora illis, quae ex pericopis emanant; ita sane nec vllum aut putamus tam superstitionis aut ineptum futurum, vt fateatur, virtutem, quam reliquis sacris libris, in his pensis maiorem inesse. Fac autem, esse aliquem ita credulum, vitiine huius causam in pericopis latere? Fac, alia literarum sacrarum paelegi pensa, ergo, qui non eadem obmoueat, neminem putas tum extiturum

## XVIII

PRAETEREA (ita enim instant,) hae portiones selectae, quasi fomes sunt socordiae multorum ignaviaeque alieniae. Tot enim vix pelagus habet guttas, quam quot libri sunt super pericopis utrisque consarcinati. Hos libros y) cupide emunt rudes pastores, legunt, compilant, ediscunt, parum curant literas alias, diligentiam propriam atque meditationem flocci faciunt. At vos pericopas modo hem abolete, ac tollite eas ex ecclesia, et longe aliam videbitis faciem breui apparituram! Nam, perditis hisce libris, et ex tenacibus pastorum manibus extortis, id credent sacerdotes sibi negotii dari, vt literas colant, et ingenium subigant, et conentur ipsi mentem diuinorum librorum peruestigare

## ERGO

y) Postillorum nomine veniunt homiliae, quia post illa quae ex sacra scriptura paelecta fuerant, coetibus paelegabantur. Vid.

PFAFF. *Instit. Hist. Eccles.* p. 426.  
Add. GOD. VVEGNER. *Diss. de Postillis Eccles.* (Regiom. 1700)  
aliosque complures

ERGO igitur cognouiimus, quae austrius et iniquius fuerunt dicta, ac declamata. Iam et alteram, agite lectores, partem audiamus. Atque primum quidem a vero non abest, *homilia* huius generis, multorum desidiam et ignorantiam sustentare. Laudabilis quidem consilio primum facta sunt, ut saeculo octauo, in illa densa rerum diuinarum barbarie, sacerdotum inficiatio succurreretur. Praestabat enim **B**E<sup>A</sup>D<sup>E</sup> ET **C**AROLI M. tempore, qualecunque, quam nullas, habere interpretationes, ut earum ex recitatione rudis plebecula erudiri posset. Haec et causa fuit, quare sub initium sacrorum instauratorum **L**VTHERVS, intelligentissimus vir, retineri eas voluerit. nempe ob miram, quae tum erat, hominum doctorum penuriem. Deinceps, autem in immensum numero librorum talium, z) his vitulis ararunt pastores multi, et utilibus aliorum laboribus male vni sunt, immo hodie abutuntur. Nam ex pigritia quium sua afferre nolunt meditata, satis habent, vel integrum recitatissen sermonem ex uno libro, vel ex pluribus centonem fecisse. Quae inepta et prava fraus non potest non studio pietatis detrimento magno esse. Interim tamen illa omnia, ad euincendum, abrogandas esse pericopas, parum faciunt. Nam ut taceam, idem fieri posse, et si alii textus praelegantur; saltet id addam, tale crimen ab ecclesiae ministro docto, et coetum suum amante, abesse, et in fucis tantum nonnullis, ignatio pecore, considerare, a praesepibus sacerdotum arcendis. Sed quum abusus horum hominum nihil detrahit praestantiae et utilitati bonorum super his pensis librorum, ita vero extare omnino debent homilia huiusmodi,

yt

z) Mirum est, illos adeo, qui valde declamarunt aduersus homilias, numerum *postillatorum* auxisse. Exemplo est **G**O**T**<sup>F</sup>**R**.

**A**RNO<sup>I</sup>LD<sup>S</sup>, qui *Postilla* non una edidit, in qua insignitamen animi impotentia inuectus erat in *Hist. Eccles. et Haereticorum*

vt quod domi legant cum suis, habeant rudiores. Quid? quod etiam doctis viris magno esse eavisi possunt. a) Nam praebent occasionem plura meditandi, et modum atque viam orationes cum fructu habendi docent. Non enim omnibus Deus omnia largitur, sed certam vnicuique admetiri mensuram solet.

IAM, QVI fastidium cieri credant penes auditores, quod non alia subinde recurrent pensa; fallitur cerro, nec fecunditatē horum pensorum, nec sacri peritiam oratoris, super iisdem non eadem afferentis, b) considerant. Neque etiam fieri potest, (sicut volunt,) ut propter id oratur contemptus diuini cultus: Dicunt, multos existimare, sufficere, si priuatum legant orationem sacram. Nam qui cogitant, quam arēte teneantur, etiam externe Deum colere, hi magno gaudio intersunt homiliis sacerdotum sapientium, qui coetus docent, consolantur, exaedificant, et vitam Christianorum sanctiorem reddunt. Denique III) his particulis stabilitatis, toti ecclesiae libertas non tollitur, caussae si fuerint graues, eas abrogandi. Interim, illis seruatis, non magis etiam circumscribitur eius potestas, quam aliis ritibus, quos circa adiāqēas seruare solet.

## XX

SED TAED ET propemodum, plura, momenti nec ipsa grauioris, adscribere. Vnicum tamen est quod praetermittere nolumus. Ut enim probro afficiant dietas portiones, eas referunt inter fermentum ecclesiae Romanae ac Papisticum, coetu ex Protestantium tollendum. Primus, qui isthoc nomine illas reprobavit, THOMAS MVNZERVS c) fuit. Reliqui dein-

a) Egregios homiletas, praeter alios, recensuerunt PFAFF. Hist.

Theol. Lit. Lib. V, §. 4, p. 360: et FR. ANDR. HALLEAVER, in libro commendando, Unter-

richt zur Klugb. erbaul. zu predigen. P. I, C. I, §. 10, p. 42 f

b) Vid. Diff. nostram §. XII, p. 41  
Lit. c

c) In libello Teutonico, qui inscribitur

deinceps sequuti sunt. Est autem iam supra explicatum, LVTHERVM emendandis in sacris purgandisque a deprauatione Pontificiorum, abiici eas noluisse ob caussas, quas prudenteria theologi, sacra emendantis, postulabat. Opus tum erat ovvata&doe. Retinendae erant Euangeliorum et Epistolarum portiones, vt aliorum labores adhiberi potuerint a sacerdotibus imperitis. Quale igitur est, quod remansit eo in ritu Pontificium? d) Illudne quaesumus, quod αποσπάματα decerpuntur ex libris diuinis? sed, nonne autem et Christus et reliqui doctores Christiani, nemo quos Papismi incusauerit, fecerunt idem? Num hoc, quod, sicut tempus et alia adjuncta ferunt, selecta sunt? atqui illud praecipue promovet emolumenta multorum, nec deprehendi potest quod parum probes! Nam qui in medio Papatu, saeculo demum nono, credunt, selectos fuisse certos textus, ignorantiam produnt, quod nos alia docent lectionarius HIERONYMI, et Kalendaria, capite primo e) adducta

RESTARUNT pauca, quae dissentientes obuertunt. Dicunt, nonnullas pericopas esse ampliores, quam vt vna oratione sacra explicari possint. Quasdam ordinem turbare historiae sacrae: huius generis, diem festum Annuntiationis Mariae faciunt, qui tempore, passioni Seruatoris sacro, celebretur. Denique alias esse, diebus, quibus dicatae sint, parum conuenientes: sicut illam, quae die festo secundo natalis Domini habeatur, cet. Sed nolumus autem in his repellendis tempus perdere. Potius haec atque alia eiusmodi, illis, qui in rebus paruis et mustaceo querunt laure olam, enodanda relinquimus

bitur *Ordnung des deutschen Amts zu Alsted*, A. 1523, in quo lectionem pericoparum abrogari, docet B. VAL. ERN. LOESCHER, *Diss. de Th. Munzeri vita et factis*, §. V  
d) Data opera de eo differuit 10 H.

HERM. AB ELSVVICH, *Comment. de Reliquiis Papatus, ecclesiae Lutheranae temere affictis*, Cap. VI, §. 9, p. 239 seqq  
e) Vid. §. III, p. 8, necnon §. VI, p. 18 Lit. b

NOBI-

NOBILISSIMO ET ORNATISSIMO IVVENI  
GEORGIO LIPP

IOH BENEDICTVS CARPZOVIUS, D

χαιρετικη επιταγη

Inter eos cultores sanctiorum literarum, qui in Academia nostra diligentiae et doctrinae merentur laudes, non ultimum Tu, amice in primis chare, occupas locum, et multis exemplo praeis. Laudatorem habes huius industriae Ciuem et Hospitem Tuum, illustrem merito suo ac fama Virim, et elogia mea supergressum, Haeberlinum, ICum, Consiliorium aulae amplissimum. Testem habes etiam hunc hominem, cui duo per annos contigit Te videre in numero eorum, qui exegesit theologicam, sacram philologiam, et bonas literas apud me discunt. Ore, vultu, facie, et omni corpore alacritatem ac feruorem in literas p[re]f[er]es: promte, quae nouiter augent Tuam cognitionem, excipis: et, quantum sperari de Te possit, satis prodis. Augurium eius spei capit haec commentatio Tua, digne scripta, et meis aucta accessionibus, examini eruditorum permisja.

Sunt quaedam argumenta, iam olim quidem bene exposita, quae tamen, praecipue novo habitu repetita, gratiam habere et commendationem solent. Quapropter quum Ipse per Te animum appulisses ad hoc Deum excutiendum, existimauit, industriam Tuam potius ali, quam Te ad alia scribenda instigari, oportere. Praecipue quia vidi, Te ex historia antiqua adiecisse iucunda lectu, laboreque etiam immisja

probo adduxisse sigillatim fideli et morum capita, in  
πρεμοπτάς de quibus loqueris innuenienda. Id quod ultimum  
praesertim, nondum vidi, ab aliquo factum fuisse sic ac-  
curate

Ergo Te dignum exhibes nepotem Eliae Frickii,  
Aui Tui, meo auo, Iohanni Benedicto, maximopere accepti:  
dignum aevi Iohannis Frickii, Propatrui Tui, illius, qui o-  
lim ductu et praesidio Friderici Benediti Carpzouii, Poly-  
historis, eruditissimam praefationem, editioni Veteris Te-  
stamenti Graeci praemissam, elaborauit: dignum Te prae-  
stas cognatum Alberti Frickii, hodie Professoris et Pasto-  
ris Vlmensis, de cuius viri clarissimi amicitia ego gausus  
sum in Academia Lipsiensi, quem in publica disputatione  
more Academico mihi opponeret. Quapropter, quem in fa-  
milia Tua fuerint, qui meam gentem honore prosequeren-  
tur, sic eo mihi iucundius accidit, quod amorem gentili-  
tium aduersus me conseruasti, nec indignum me habuisti,  
cuius ex praelectionibus disceres, et quem eligeres comitem  
in publica disceptatione

Igitur illud specimen Academicum, idque primum,  
nec suo in genere contennendum, Tibi gratulor, Deum,  
sapientiae fontem ac largitorem, precatus, velit porro sua  
gratia et sancto Flamine adesse Tuus conatibus, et eos in  
gloriam nominis diuini, ecclesiae, Tuum, et Frickiae gen-  
tis honorem, perducere. Matre virtute copta, doctrina,  
ingenio, pietate; et certissima praemia, recte et laudabili-  
ter agendo, olim consequere. Non enim nescis, solam  
virtutem cumulari praemiis, et ore sermoneque optimorum  
hominum celebrari. Dab. Helmstadii, A. D.

XXII Octobr. A. I. S. MDCCCLV

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO  
GEORGIO LIPPIO  
CIVI ET COGNATO SVO CHARISSIMO  
S. P. D.  
FRANCISCVS DOMINICVS HAEBERLIN, D

Praeclarum vero, amicissime LIPPI, Patronis et Cognatis tuis specimen edis, qua ratione per biennium, et quod excurrat, tempus in alma Iulia Carolina transegeris, quantaque industria literarum studiis incubueris, ostendis. Semper mihi praeclara queuis de te pollicebar, quam te Maiorum tuorum illustria et de Ecclesia Christi optime merita nomina incitarent, ut ingenii neros intenderes omnes, ne indignus eorum progenie esses. Nec spem meam refellisti. Ex quo enim ad nostram Academiam accessisti, haec cura tua fuit praecipua, ut sincera in devm pietate, vita honesta et ad leges academicas composita, industria denique, diurna, nocturna, optimos quoque bonarum et sanctorum literarum cultores aequares, et, si fieri posset, superares. Praeclarum, quam e Gymnasio patro attulisti, copiam eleganterum literarum, in primis earum, quae viam ad altiora studia sternunt, adeo bene contulisti in usus tuos, ut ambitum scientiae theologicae, cui temet dicasti, faciliori modo emenfus fueris. Laudant te Venerabiles Amplissimique Academiae nostrae Professores theologi philosophique, quorum acrostibus summa cum diligentia interfueristi. Nec ego etiam te possum non laudare, cuius Collegia in Historiam tam vniuersalem, quam Imperii Romano Germanici perattente auscultasti, probe gnarus, quam insignem etiam Studio sis Theologiae praefestet usum cognitio omnis Historiae, quippe quae, (ut FRID. DE MARSELLAER in Legato suo eleganter ac vere scribit,) palaestra prudentiae est, stimulus sapientiae,

tiæ, calcar virtutum, interpres dubiorum, memoria praeteritorum, speculum futurorum, praesentium fax et moderatrix: breuiter, compendium artis viuendi

Quo autem publice testatum redderes, quosnam in studiis altioribus feceris progressus; laudabilem morem secutus es Ciuium et Amicorum T V O R V M meorumque, FRICKI, GE. CHRIST. et IOANN. FRANC. VVAGNERORVM, ut et HASLERI, qui et ipsi cum summa diligentiae vitaque honestae laude in hac alma Iulia Carolina vixerunt, et adhuc viuunt, et subinde commentariolis in publicum emissis inclarescere coeperunt. Conscriptisti itaque elegantem de pericopis euangelicis et epistolicis Dissertationem, sub praesidio Summe Vener. CARPOVII, Collegae et Amici mei honoratissimi, e cathedra publica ventilandam. Quod ut feliciter eueniat, multosque Patronos TIBI conciliet, est quod pie precor

Ceterum semper TIBI ob oculos pone magnorum Ecclesiae nostrae purioris Theologorum, CONR. DIETERICI, Abau mei; IOHANNIS, Patris, et ELIAE, Filii, FRICKIORVM, e quorum sanguine es prosatus, nomina meritaque; et, quod huc usque praeclarè fecisti, id porro commendatissimum TIBI habe, timorem DEI, pietatem in TVOS Patronos et Praeceptores, vitam bene moratam, et indefessum plura in dies addiscendi studium. Sic utilis olim euades Patriae Ecclesiaeque, et gaudium excitabis Auiae et Matri T V A E dilectissimae, quae TVI, urpote Patre Auoque dudum orbati, curam gerunt. Sic plausus mereberis honoratissimorum Cognatorum, quos inter honoris causa nomino S. Reu. FAVLHABERVM et FRICKIVM, in summa almae nostrae Patriae aede Praecones verbi diuini fidelissimos. Sic tandem etiam me semper habebis amicum, inque studia TVA promitum ac paratissimum. Vale, chariflime Cognate, meique et amoris in te mei nunquam obliuiscere. Dab. e Museo, die

XX Oct. A. C. CICIC CCLV

AB: 153 369



56



B.I.G.

Farbkarte #13



DISSERTATIO HISTORICO ECCLESIASTICA  
ET POLEMICA  
DE  
**NON TEMERE ABROGANDIS  
PERICOPIS EVANGELIORVM  
ET EPISTOLARVM**

QVAM  
MENSE AC ANNO SAECVLARI II  
MEMORIAE PACIS AVGVSTANAE SACR

A' D' XXV OCTOBR MDCCCLV

PRAESIDIO  
**IOHANNIS BENEDICTI  
CARPZOVI**

S' THEOLOGIAE DOCTORIS ET EIVSDEM  
PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII AC  
FACULTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS

IN  
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO  
FVELICE TVEBITVR

AVCTOR  
**GEORGIVS LIPP, VLMENS**  
THEOL' CVLTOR ET DVC' SOC' TEVTON' MEMBR' ORD

HELMSTADII  
LITERIS MICH' GVNTHERI LEVCKART